A quoi pourrait donc tenir sur ce point fondamental la différence entre Robert Grossetête et Albert le Grand? Il est difficile de répondre à cette question. Je note cependant qu'Albert se sépare de Robert en ce qu'il disjoint l'incompréhensibilité de ce que Dieu est en soi de l'inconnaissabilité de ce qu'il est en soi. A la différence de Robert, encore, Albert distingue le double plan dans la nature divine du *quid est* et du *quia est*[115]. Il perçoit en outre la possibilité d'atteindre ce qu'est Dieu au niveau du *quia est* et de ne l'atteindre qu'à cet étage, même si nous le voyons en son essence d'une vision béatifique, Dans cette perspective, Albert le Grand lie l'inconnaissabilité, l'incompréhensibilité divines à l'infinité du *quid est* divin et explique l'imperfection de notre connaissance du *quid est* au plan du *quia est* par la transcendance de Dieu sur tout le créé. Mais il admet que sans dépasser le plan du *quia est* nous atteignons Dieu, malgré son infinité, en son *quid est* parce qu'en lui nous atteignons des raisons

(109) Albert le Grand, Appendice 7, §§ 2, 3, 4, 5, 6.

(110) Albert le Grand, Appendice 7, §§ 6, 7, 9, 10, 12, 13, 16.

(111) Albert le Grand, Appendice 7, § 9. Saint Albert s'inspire-t-il ici du sens que *certitudo* revêt chez Avicenne auquel d'ailleurs il se réfère très souvent dans son commentaire du *De divinis nominibus?* Voir Avicenne 1 *Met. c.* 6 éd. Venise 1508, fol. 72d et 9 *Met. c.* 2 *loc. cit.* fol. 103a. Voir aussi Albert le Grand, Appendice 7, §§ 12, 14.

(112) Albert le Grand, Appendice 7, § 2.

(113) Albert le Grand, Appendice 7, §§ 13, 16.

(114) Albert le Grand, Appendice 7, §§ 13, 16.

(115) Albert le Grand, Appendice 7, § 13. — Voir aussi H. F. Dondaine, O. P., *Cognoscere de Deo « quid est »*. Recherches de Théologie ancienne et médiévale, t. 22, 1955, pp. 72-78.

qui sont lui-même[116], sa nature[117]. Or, peut-on dire, ces raisons sont des formes[118]. Comme notre voie d'accès à Dieu est le nom divin tel que nous le lisons dans l'Écriture, tout non divin exprime une forme qui se retrouve d'une manière univoque, au sens qui fut précisé, en Dieu et la créature. Mais s'il en est ainsi, la règle d'Alain de Lille, selon laquelle « *omne nomen datum ex forma, dictum de forma, cadit a forma* »[119], n'est pas absolument exacte quand il s'agit de Dieu. Sa conséquence : « *omnes affirmationes de Deo dicte, incompacte, negationes vero vere* »[120] ne l'est pas davantage. Il faut interpréter d'une autre façon la vérité des négations en Dieu. Elles seront absolument vraies car elles diront ce que Dieu n'est pas, alors que les affirmations n'exprimeront pas parfaitement ce qu'il est[121], elles seront même plus vraies que les affirmations par voie de causalité et d'éminence[122], car dans leur cas ce que signifie le nom est absolument vrai, alors qu'il ne l'est pas en son mode de signification dans les affirmations[123]. Mais celles-ci sont également vraies dans le sens qu'établirent

(116) Albert le Grand, 1 *Sent. dist.* 2 *art.* 11, *Sol.* Borgnet 25, p. 66.

(117) Albert le Grand, Appendice 7 §§ 2, 6, 13, 16.

(118) Albert le Grand, 1 *Sent. dist.* 2 *art.* 11 *Sol.* Borgnet 25, p. 66 et Appendice 7, § 8.

(119) Alain de Lille, *Theologicae Regulae*, *Reg.* XVII. Omne nomen datum ex forma, dictum de forma, cadit a forma. Cum omne nomen secundum primam institutionem datum sit a proprietate, sive a forma, unde Boetius ait : Rebus ex materia formaque constantibus, solus humanus animus exstitit, qui, prout voluit, nomina rebus impressit, ad significandum divinam formam translatum, cadit a forma, ex qua datum est, et ita quodammodo fit informe ; pronominatur enim nomen, cum significat divinam usiam ; meram enim significat substantiam : et cum videatur significare suam formam, sive qualitatem, non significat quidem, sed divinam formam, ut cum dicitur : Deus justus, vel bonus. Pat. lat. t. 210, col. 629.

(120) Alain de Lille, *loc. cit. Reg.* XVIII. Omnes affirmationes de Deo dictae incompactae, negationes vero verae. Tunc affirmatio composita, sive compacta dicitur, cum compositionem significat, quam significare videtur. Ut cum dico : Petrus est justus : haec affirmatio significare videtur compositionem justitiae ad Petrum, et significat quidem. Imcompacta vero, sive incomposita dicitur affirmatio, cum non significat compositionem, quam significare videtur : ut cum dicitur, Deus justus ; non enim ibi significatur compositio justitiae ad Deum, non enim componitur, vel inhaeret ; et potius significatur esse justitia quam justus. Negationes vero de Deo dictae, et verae et propriae sunt ; secundum quas removetur a Deo quod ei per inhaerentiam non convenit. Unde Dionysius attendens quid de Deo dicatur per causam, potius attendens sensum ex quo fiunt verba, quam sensum quem faciunt verba ; potius considerans quid ex quo dicatur quam quid de quo, dicit : Deus est justus, pius, fortis. Item, potius considerans quid Deo non conveniat per proprietatem quam quid de Deo dicatur per causam, dicit : Deus non est pius, fortis, misericors ; potius removens auctoritatem dicendi quam veritatem essendi. Pat. lat. t. 210, col. 630. Voir aussi Alain de Lille, Somme « *Quoniam homines* », éd. P. Glorieux, Archives d'histoire doctrinale et littéraire du Moyen-Age, t. 20, 1953, pp. 113-364, n° 9, 9a, 9b, 9c, 10, 10a, 10b, 12.

(121) Albert le Grand, 1 *Sent. dist.* 2 *art.* 17 *Sol.* Borgnet, 25 p. 72 et *dist.* 3, *art.* 10 *ad* 2, Borgnet 25, p. 100.

(122) Albert le Grand, Appendice 7, § 15.

(123) Albert le Grand, Appendice 7, § 14.

les commentaires des Sentences et du *De divinis nominibus*[124] et qui diffère du sens proposé par Robert Grossetête. Elles le resteront tant que saint Albert reconnaîtra l'altérité des raisons divines et fondera sur elles la vérité des noms divins[125]. Cette perspective, on l'a vu, était assez étrangère à Alain de Lille dont d'ailleurs le commentaire de la règle dix-huitième livre une méthode d'interprétation de Denys[126]. Thomas Gallus, on le sait également, refuse dans son *Explanatio* non seulement toute altérité en Dieu, comme il l'avait fait dans son *Extractio*[127], mais nie à la sagesse toute puissante elle-même tout pouvoir de distinguer diversité et pluralité entre les noms divins[128]. Il apparaît donc que l'hypothèse des altérités fondées en réalité divine et comme telles irréductibles semble avoir des origines assez lointaines et se dessiner avec assez de rigueur chez Alain de Lille, Thomas Gallus et Robert Grossetête, pour nous limiter aux auteurs que nous avons étudiés ici même. Albert le Grand tenta de la justifier pour l'utiliser dans ses commentaires des Sentences et du *De divinis nominibus*. Cette justification de cette utilisation éclairent la disparité des positions doctrinales qui se révèlent au sujet des noms divins entre saint Albert et Robert Grossetête. Tout porte à croire qu'il s'agit d'un épisode de la lutte entre porrétains et anti-porrétains, mais on peut aussi se demander si Albert le Grand ne prenait pas position également à l'égard de saint Augustin, tel qu'il le lisait dans les Sentences de Pierre Lombard. Et c'est à répondre à ces questions qu'un prochain travail sera consacré.

F. Ruello.

(214) Albert le Grand, 1 *Sent. dist.* 2 *art.* 17 *Sol.* Borgnet 25, p. 72 et Appendice 7, §§ 8, 10.

(125) Il y aurait lieu de déceler l'influence réelle qu'exerça Averroes XII *Met. text.* 39 ed. Venise 1560, sur le commentaire de la Théologie mystique c. 5 Borgnet 14 p. 859-860.

(126) Voir note 120.

(127) Thomas Gallus, *De divinis nominibus*, *cap.* 5, *Extractio. Dion.* 1, 692, l. 326-328.

(128) Thomas Gallus, *De divinis nominibus*, *cap.* 5, *Explanatio*, Appendice 4. Je note que Thomas Gallus ne fait pas allusion à la sagesse divine toute puissante dans son *Extractio*, *loc. cit.* Cela explique sans doute que le pseudo Pierre d'Espagne rejetant lui aussi toute altérité que signifieraient les noms divins n'y fasse pas plus allusion. On sait que cet auteur suit de près le texte de l'*Extractio*. Voir Appendice 5.

Appendice 1

Robert Grossetête. *De divinis nominibus*. Commentaire du chapitre 1.

Paris Bibl. nat. lat. 1620, fol. 1b-8a.

[*1re section*]

1. Scripturus iste pater beatus Dionysius de divinis nominibus, qui labor excedit omnem humanam virtutem et cujus laboris pondus omnino est importabile preterquam a solis[1] omnia in Christo ipsos confortante potentibus, primo alloquitur Timotheum cui scribit, manifestans ei de quo proponit scribere, utpote de divinis nominibus, et quod ad hujus scripture ad intelligendum profundissime et difficillime dilucidationem prescripsit librum theologice subfigurationes inscriptum. Ait itaque : *nunc autem, o beate*, Timothee videlicet, *post theologicas subfigurationes* seu, ut est in greco, hypotyposeis, *veniam* seu transibo (S) *ad reserationem* seu explicationem, *divinorum nominum, ut possibile*, mihi videlicet virtute Christi me confortantis adiuto.

2. Ostenso autem de quibus intendit dicere, cum de hiis convenienter dicere sit supra humanam eloquentiam et sapientiam, et[2] solius sit virtutis Spiritus Sancti scilicet[3] moventis virtutem sapientialem et prolocutivam Deum et divina intelligentium et proloquentium, et sic sit convenienter de hiis dicere : virtutis theologorum mote a Spiritu Sancto, secundum quam virtutem sic a Spiritu motam uniuntur theologi divinis ineffabilibus et incognitis ut ea ineffabiliter et incognite cognoscant et proloquantur, adjungit quod de divinis nominibus intendit dicere non in suasibilibus verbis humane sapientie sed in ostensione virtutis predicte, ut[4] videlicet in sua dictione sit manifestum quod non loquitur ex humana virtute nuda sed ex virtute illuminatione Sancti Spiritus informata et mota, ut sit manifestum verba magis esse Sancti Spiritus in eo loquentis quam eius qui loquitur.

3. Hoc est itaque quod sequitur : *sit autem et nunc*, id est etiam in hoc opere sicut in aliis, *nobis eloquiorum lex predeterminata* seu predefinita (E, S), hec scilicet *nos asseverare veritatem dictorum de Deo*, id est divinorum nominum, *non in suasibilibus humane sapientie verbis, sed* in demonstratione seu ostensione *virtutis theologorum mote a Spiritu*, Sancto

(1) soli.
(2) *om.* et.
(3) *om.* scilicet.
(4) *om.* ut.

videlicet, *secundum quam*, virtutem scilicet theologorum a Spiritu motam, *coniungimur* seu concopulamur, *ineffabiliter et incognite*, *ineffabilibus et*[5] *incognitis* id est Deo et divinis, nec humana eloquentia effabilibus nec humana intelligentia cognoscibilibus.

4. Coniungimur, inquam, *secundum meliorem unionem eius virtutis rationalis et intellectualis que secundum nos*, id est que nostra est, *et operationis* a rationali videlicet et intellectuali virtute procedentis. Etsi enim, secundum omnem virtutem naturalem a[6] libero arbitrio mobilem illuminatione Spiritus Sancti informatam et in operatione sua directam habeamus aliquam coniunctionem et unionem cum Deo et divinis, summa tamen et optima coniunctio et unio est cum virtus intellectualis naturaliter[7] comprehensiva sine medio syllogistico intelligibilium et virtus rationalis comprehensiva per medium, que sic coniunctim dicta comprehendit omnem potentiam et virtutem anime speculativam, a divino radio illuminata et in operatione directa adheret Deo[8] et divinis adhesione de qua dicitur : qui adheret Deo unus spiritus est ; que adhesio etiam ab humana eloquentia et sapientia, in quantum humana, est ineffabilis et incognoscibilis, sic itaque non presumptuose ex humana virtute dicet de hiis que supra virtutem humanam sunt, sed virtute divina humanam movente virtutem.

5. Sed ex hiis videri posset alicui quod iste beatus Pater presumptuose ascriberet sibi divini Spiritus participationem et ea participatione se unitum Deo et ineffabilibus et incognitis se ineffabiliter et incognite coniunctum ; cuius presumptionis suspicionem rationabiliter tollit cum adiicit se nihil intellecturum aut dicturum de Deo in reseratione nominum divinorum, nisi que ex eloquiis divinitus sunt manifestata ; que eloquia sacri theologi qui ea ediderunt non ex humana eloquentia aut sapientia ea depropserunt, sed a Spiritu Sancto illuminati et moti. Unde a cuiuscumque intellectu comprehendantur et per cuiuscumque os proferantur, aut cuiuscumque calamo scribantur ea intellecta, aut prolata, aut scripta non sunt in ostensione humane sapientie et eloquentie, sed et in ostensione virtutis theologorum qui eloquia ediderunt a Spiritu Sancto mote, non ratione[9]. Non igitur asserit auctor se asseveraturum veritatem dictorum de Deo in demonstratione virtutis Spiritus quam ipse participat, sed quam participaverunt theologi qui eloquia ediderunt. Non asserit hac virtute se unitum et coniunctum Deo, sed huiusmodi theologos et beatos in quorum persona dicit : *secundum quam ineffabilibus et incognitis ineffabiliter et incognite coniungimur*. Potest enim divina verba dicere,

(5) *om.* et.
(6) *om.* a.
(7) naturalis.
(8) *om.* Deo.
(9) *om.* non ratione.

in quibus operatur summe divinum divina virtus, etiam[10] qui divina virtute et gratia eum cum Deo uniente non participat, utpote sacerdos in mortali peccato existens verba consecrationis Eucharistie, in quibus divina virtus conficit corpus Domini divinissimum et ipsius sanguinem pretiosum.

[*2e section*]

6. Sequitur itaque : *universaliter igitur*, etc... quasi diceret : asseverabo veritatem in demonstratione virtutis a Spiritu mote, igitur universaliter, id est totaliter et omnino, *non audendum dicere neque etiam* seu quidem *intelligere* seu cogitare (S) *aliquid de supersubstantiali et occulta deitate preter ea que divinitus nobis ex sacris eloquiis sunt manifestata.* Sequitur enim quod si nihil dicet nisi in demonstratione virtutis a Spiritu mote, nihil omnino dicet nisi ex eloquiis per Spiritum manifestatum.

7. Nec tamen ex eloquiis poterit ipsam sicut in se[1] naturaliter est divinitatem declarare, quia ut est et quid est in se ipsa sola novit. Unde subiungit : *ignorantie enim eius supersubstantialitatis ipsius* deitatis videlicet que supersubstantialitas scilicet est supple *super rationem*, id est omnem vim mentis per medium perscrutativam, *et intellectum*, id est vim absque medio syllogistico veritatis apprehensivam, *et substantiam* illam videlicet supremi ordinis que absque medio illuminante est immediate illuminationum a Deo susceptiva, huius, inquam, ignorantie *supersubstantialem scientiam reponendum ipsi*, deitati videlicet soli.

8. *Adspicientes*, nos scilicet, *tantum ad superius*, id est ad ipsam deitatem et eius non sui in se, sed eius qualescumque alterius modi per divina nomina declarationes *quantum radius thearchicorum eloquiorum indit se ipsum*, in mentes scilicet theologorum, *ad superiores splendores*, id est ad illuminationes theologorum animos splendificantes et sursum ducentes, splendores dico *constrictos* seu correptos, seu coarctatos (E)[2], id est commensuratos ipsis videlicet suscipientibus.

9. *Ea castitate*, id est munditia mentis et puritate, *et sanctitate*, id est in Deum directa devotione, que castitas videlicet et sanctitas *circa divina*, id est quantum et qualem decet esse circa divina. Et advertendum quod essentiam divinam, in quantum ipsa est lux inaccessibilis et a virtute cuiuslibet intelligentie create que et quid est in se ipsa incomprehensibilis, vocat hic auctor ignorantiam supersubstantialitatis ipsius deitatis. Solius itaque deitatis est ipsam que et quid est in se ipsa supersubstantialiter scire, nec fas est nobis in hac carne degentibus eniti ad amplius quam manifestat nobis divinorum eloquiorum radius indens nobis

(10) et.
(1) *add.* et.
(2) *om.* seu coarctatos.

splendores speculativos et contemplativos superiorum commensuratos nostre susceptibilitati preparate et moderate secundum castitatem et sanctitatem quam habemus circa divina.

10. Et posset quod transtulimus per ablativum : ea castitate et sanctitate, transferri per dativum sicut est in greco : ei castitati et sanctitati. Castitati enim et sanctitati nostre que circa divina commensurati sunt splendores quos nobis indit eloquiorum radius. Et quidem verum est quod commensurate et comproportionaliter nostre susceptibilitati suscipimus divinas illuminationes, quia etiam et angeli, per quorum mediationem eas suscipimus, suscipiunt illas secundum analogiam susceptibilitatis ipsorum, ut sic salvetur divina iustitia unicuique tribuens, non secundum tribuentis mensuram, que in se est infinita et non possibilis a quoquam suscipi, sed secundum propriam virtutem eius cui tribuitur.

11. Et hoc est quod subiungit : *etenim si quid oporlet omnino sapienti et veracissime theologie credere* que videlicet in pluribus locis asserit quod sicut omnia creavit Deus numero, pondere et mensura, sic omnibus similiter tribuit data bona ad bene esse secundum virtutem numeri, ponderis et mensure uniuscuiusque, hoc est, quia omnino in omnibus oportet ei credere, *divina revelantur*, celestibus videlicet intellectibus, id est angelis, *et conspiciuntur*, ab eisdem videlicet, *secundum analogiam cuiuscumque intellectuum*, id est angelorum, quos philosophia vocat intellectus. Et hec dico *thearchica bonitate*, id est divina bonitate[3] omnibus principante *distinguente* seu segregante (S), seu dividente, hoc est non totaliter, sed particulariter tribuente, *deodecenter*, hoc est ut Deum decet tribuere *immensurabilitilatem* seu immensurationem (S), seu immensitatem (H) sui videlicet et suarum illuminationum, *ut incomprehensibilem*, hoc est quia incomprehensibilem[4] et capi pro[5] sui immensitate impotentem, distinguente inquam immensurabilitatem *in salvativa iustitia eorum que in mensura*, hoc est creatorum, ut dictum est, in numero, pondere et mensura. Iustitia enim, que immensurabilitatem tribuit in mensura secundum analogiam cuiusque suscipientis[6], est suscipientium salvativa. Que, si tribueret immensurabilitatem in sua immensitate, non salvaret, sed magis perderet immensitatem suscipere et impotentes portare secundum analogiam.

12. Itaque nostre susceptibilitatis divinarum illuminationum modificata est nostra de divinis cognitio ipsa deitate in sua immensurabilitate manente incognoscibili, a se ipsa sola superessentialiter cognita. Quod probat auctor consequenter per virtutes comprehensivas inferiores non

(3) *om.* id...bonitate.
(4) *om.* hoc...incomprehensibilem.
(5) pre.
(6) suscipitis.

potentes attingere ad comprehensionem eis naturaliter superpositorum[7] et nature sublimioris excellentia dissimilium, utpote vis sensitiva, que est infima virium apprehensivarum, apprehensiva tantum corporalium presentium non potest comprehendere intelligibilia, et vis imaginativa que format et figurat et fingit et componit et dividit etiam absentia qualia fuerunt in sensu presentia et[8] non potest comprehendere simplicia et infigurabilia, et intellectus humanus phantasmatibus admixtus et non ab omni materiali phantasia abstractus non potest comprehendere incorporalium puram informitatem abstractam ab omni formatione et figuratione et situ materiali.

13. Multo igitur magis essentia divina que secundum rem omnis sue nominationis in infinitum excedit omne comparticipans secum consimili nominatione non potest a quoquam in illa infinitate comprehendi, utpote ipse supersubstantialis substantia a nulla substantia est comprehensibilis et intellectus super intellectum et mens super mentem a nullo intellectu vel mente, et sic de consimilibus. Si etiam propter infinitissimum excessum omnium nominabilium convenientissime nominatur omnium abnegatione, utpote non ens, non substantia, et sic de ceteris nullo modo quod est aliquid attingere potest ad plenam comprehensionem eius, in quantum tale, quod, propter sui infinitam excellentiam ad omne, est non aliquid.

14. Huius itaque rei probationem inducit dicens : *quemadmodum. enim, intelligibilia sunt incomprehensibilia et incontemplabilia seu inspeculabilia sensibilibus*, id est sensu corporeo utentibus, *et simplicia et infigurabilia* sunt incomprehensibilia resume et incontemplabilia, *hiis* que in formatione, seu plasmatione (H), seu figmento (E), et figura, id est utentibus virtute imaginativa formante et fingente et figurante qualia fuerunt in sensu presentia, *et informitas incorporalium*, intangibilis et infigurabilis, id est neque sensibilis neque imaginabilis est incomprehensibilis supple et incontemplabilis, *formatis*[9] *secundum figuras corporum*, id est intellectibus habentibus conglutinatas[10] et admixtas figurationes et formationes corporeas quales fuerunt in sensu aut imaginatione ; quemadmodum, inquam, tria predicta genera sunt incomprehensibilia et incontemplabilia tribus predictis apprehensivis in quantum talibus, *secundum eamdem veritatis rationem*[11] superponitur, seu superiacet (H), *substantiis infinitas supersubstantialis*, id est deitas que infinita est et supersubstantialis[12] exsuperat etiam[13] primarum substantiarum comprehensionem.

(7) suppositorum.
(8) *om.* et.
(9) formans.
(10) aglutinatas.
(11) *om.* rationem.
(12) *om.* id...supersubstantialis.
(13) et.

15. *Et unitas super intellectum intellectibus* superponitur videlicet consimiliter, *et unum quod super mentem inintelligibile*, id est non intelligibile, *est omnibus mentibus, bonumque quod super rationem et*[14] *ineffabile omni rationi* seu bonumque quod super verbum et ineffabile omni verbo (S), illud, inquam, sic superpositum et inintelligibile[15] et ineffabile existens supple, *unitas unifica omnis unitatis*, id est unitas faciens unum et simplex omne quod propter sui simplicitatem dici potest unitas, ut angelus et anima, *et substantia supersubstantialis et intellectus inintelligibilis* [*et*] *verbum indicibile irrationabilitas et inintelligibilitas et innominabilitas* per superexcessum videlicet infinitum omnis rationabilitatis et intelligibilitatis et nominabilitatis, *secundum nihil entium existens*[16], utpote nihil habens commune cum aliquo ente, nec secundum aliquid cum aliquo univocabilis ; *et causa quidem essendi omnibus, ipsa autem non ens ut ultra omnem substantiam*, hoc est quia ultra omnem substantiam et omne ens per infinitum excessum omnium et vere ultra omnem substantiam est.

16. Vel et vere hec omnia predicta est *ut utique et*[17] *de se ipsa proprie et scientifice enuntiat*. Si quis enim diligenter perscrutetur Scripturam inveniet ipsam deitatem per se vel per ora eorum qui Scripturam ediderunt predictis nominibus hic ei attributis se nominantem. Omne autem ens aut corporeum est, aut est incorporeum, quia accidentia que solum in corporibus esse possunt corporalibus annumeramus et accidentia que in substantiis incorporeis tantum esse habent corporeitatis privatione omnimoda participant, que autem communiter esse habent in corporibus et substantiis incorporeis, ut unitas et numerus et si qua sunt simila in corporibus quidem non inconvenienter, ut puto, dicuntur corporalia et in incorporeis et inmaterialibus substantiis, incorporalia. Que autem incorporalia et immaterialia sunt solo intellectu nudo et abstracto a phantasmatibus corporalibus et materialibus ut sunt in se ipsis et id quod sunt comprehenduntur et ideo dicuntur intelligibilia.

17. Primum autem et certum comprehensivum corporalium est sensus, cointellecto sub nomine sensus eo quem vocant sensum communem, quo comprehenditur unitas et numerus in corporibus et quedam huiusmodi. Inter intellectum / autem abstractum, pure comprehensivum intelligibilium et sensum sunt duo apprehensiva media, scilicet phantasia, id est imaginatio que comprehendit corporalia et presentia et absentia et[18] ea, ut habet apud se, componit et dividit, et vis apprehensiva intelligibilium non nude, pure et abstracte, sed cum adglutinatione et admixtione materialium phantasmatum. Has itaque quatuor vires apprehensivas

(14) *om.* et.
(15) intelligibile.
(16) existentes.
(17) *om.* et.
(18) *om.* et absentia et.

generaliter continentes omnem apprehensivam satis hic insinuavit auctor, quarum trium inferiorum nulla[19] potest attingere ad actum quarte, scilicet apprehensionem puram et nudam et[20] incorporalium et intelligibilium. Unde cum in infinitum amplius excedat intellectus increatus et intelligibile increatum omnem intellectum abstractum et intelligibile creatum quam intellectus et intelligibile huiusmodi excedant tres vires inferiores et eorum comprehensibilia, manifestissimum est quod vis apprehensiva creata, quantumcumque eminens, non potest comprehendere ut est et que et quid est in se ipsam deitatem.

18. Vocat autem auctor hic ipsam deitatem plura, utpote infinitatem, unitatem et huiusmodi que sequuntur in littera, que nomina, si sumantur in designationem deitatis ut est in se, absque omni comparatione ad aliquid quod non est ipsa, incomprehensibilia sunt omni intelligentie, et sic oportet ea hic sumere secundum quod hic probatur deitatis in se incomprehensibilitas. Secundum autem quod per hec nomina deitatem laudant theologi ad mensuram eis inditi eloquiorum radii oportet ea accipere in aliqua comparatione, utpote cum dicunt eam esse infinitatem intelligunt essentie, potentie, sapientie, bonitatis, et simpliciter omnium de Deo dictorum omnimode determinationis et finis privationem et elongationis ab omni termino supereminentiam. Cum vero dicunt eam supersubstantialem aut alia nominatione per compositionem habente hanc particulam *super* prepositam, nominant ipsam et insinuant eius superexcessum infinitum ad rem nominatam eadem nominatione simplici.

19. Que enim creat omnem naturam et omne ens ex nihilo, omnino nullum est entium sed[21] super entia omnia. Et si ens omne excedit pure non ens et simpliciter nihil in infinitum et artificis ad artificiatum sit preeminentia maior quam artificiati ad id ex quo est artificiatum, necessario creatrix essentia in infinitum precellit omne creatum. Similiter, cum dicunt eam unitatem et unum, insinuant omnimode compositionis privationem et ab omnimoda compositione supereminentem elongationem et omnis unitatis principationem et omnium revocationem ad sui simplicitatem. Et consimiliter intelligat diligens lector de ceteris his positis divinis nominationibus, nec conetur aliquis ad exponendum aliquod nominum hic positorum secundum quod hic ponuntur in ostensionem incomprehensibilitatis ipsius deitatis in se ipsa absolute, quia hoc esset[22] perscrutari maiestatem et opprimi a gloria.

(19) nullus.
(20) *om.* et.
(21) et.
(22) esse.

[*3e section*]

20. Sequitur : *de hac igitur*, etc... Ac si diceret : ipsa deitas in se que et quid est omnibus est incomprehensibilis et ipsi soli est hec scientia reposita. Theologis autem tantum concessum est ad ipsam conspicere quantum se ipsum indit thearchicorum eloquiorum radius. *Igitur de hac supersubstantiali, ut dictum est* in proximo ante videlicet, *et occulta deitate non audendum dicere* verbo videlicet prolativo aut scripto ad alios, *neque etiam intelligere*, apud se videlicet, *aliquid preter ea que divinitus nobis*, id est theologis, *ex sacris eloquiis sunt manifestata. Etenim ut ipsa* deitas *de se ipsa* videlicet *in eloquiis tradidit bonidecenter*, id est ut suam decet bonitatem ad nostri utilitatem, *ipsius quidem* deitatis scilicet *quodcumque est*, hoc est quid est ipsa in se, *scientia et contemplatio omnibus existentibus est invia*, id est impenetrabilis, *ut segregata*, seu superelevata supersubstantialiter ab omnibus. Scientia enim huius que et quid est et ut est in se ipsa deitas, unitas et trinitas et[1] contemplatio eius pura absque symbolo et subfiguratione et comparatione omni ad aliquid quod non est ipsa, sibi soli, ut dictum est, reposita est, et ideo segregata et superelevata ab omnibus supersubstantialiter[2], ut ipsa in eloquiis de se pluribus locis testatur, ut in scholio (P. G. 4,190 C) super hoc verbo tangitur.

21. Et non solum ipsa deitas hoc de se testatur, sed et multi theologorum hoc idem insinuant. Unde subdit : *et multos theologorum invenies laudantes ipsam*, deitatem videlicet, *non solum ut invisibilem et incomprehensibilem*, nude scilicet ut est in se ipsa, *sed et inscrutabilem simul et investigabilem*, id est non vestigabilem[3] — dictio enim greca sonat in privationem vestigii — *ut non existente vestigio neque uno*, id est ut nullo existente vestigio *pervenientium ad occultam eius infinitalem*, id est mentem elevantium ad comprehensionem occulte ipsius infinitatis nude et pure prout est in se ; non solum enim non capitur visu mentis supremo ut est in se absque medio, sed nec perscrutabilis est, nec investigabilis per aliquod medium, ut videlicet perveniatur ad puram ipsius visionem ut est et que et quid est totaliter in se ipsa.

22. Etsi enim res omnis secundum sui totalitatem sit creatoris vestigium, non tamen possibile est ut ipsa sit vestigium totalitatis ipsius qui creavit ; sicut vestigium pedis in pulvere, imitatio et enarratio quedam est longitudinis et latitudinis et figurationis subterioris superficiei ipsius pedis et per consequens simpliciter pedis, sed non ipsius profunditatis, nec eorum que sunt in profunditate, nec etiam coloris qui est in subteriori

(1) *om.* et.
(2) supersubstantialibus.
(3) *om.* id est non vestigabilem.

superficie. Sed nec etiam in[4] totam simul[5] creaturam existimo esse vestigium, imitationem et enarrationem completam totalitatis ipsius infinitissime et simplicissime deitatis, unitatis et trinitatis, ut est in seipsa.

23. Et licet modo quo predictum est sit incomprehensibilis deitas, prebet se tamen omnibus communicabilem secundum cuiuscumque suscipientis, ut sepe dictum est, analogiam. Unde sequitur : *non tamen incommunicabile est per se bonum universaliter*, id est totaliter, *neque uni entium*, seu nulli entium, hoc est non est incommunicabile totaliter alicui entium, *sed firmans* ipsum videlicet per se bonum *supersubstantialem radium manentem*[6] *in se ipso*, hoc est ipsum per se bonum habens supernaturaliter et eternaliter firmum et semper identiter in se ipso permanentem supersubstantialem radium superapparet, unicuique videlicet entium, *bonidecenter illuminationibus*, radii videlicet supersubstantialis *analogis*, susceptibilitati videlicet uniuscuiusque entium, *et extendit*, per dictam videlicet *superapparitionem*, *sacros intellectus ad contemplationem et communicationem et assimilationem* ipsius per se boni videlicet *possibilem*, ipsis scilicet sacris intellectibus, sacros intellectus dico *apponentes*, ipsi per se bono videlicet, *ut fas et sacre decenter*, hoc est libero suo arbitrio conantes in per se boni contemplationem per aspectum et communicationem per amorem et per has duas[7] ad assimilationem ipsius, ut fas est ipsis et sacre decet ipsos ad predicta tria ex libero arbitrio conari.

24. *Et neque procaciter enitentes impossibiliter ad*[8] *superius theophania moderate* seu congruenter *indita* eis videlicet intellectibus, *neque relabentes ad inferius ex ea remissione que ad deterius*, id est per eam remissionem que ad deterius, *sed extensos* sacros videlicet intellectus *et benepassibiliter et indeclinabiliter ad radium ipsis supersplendentem et alis elevatos*, id est velut alis elevatos, *commensurato amore licitarum illuminationum cum reverentia sacre*[9] *et caste et sancte;* tales enim intellectus extendit per se bonum in sui contemplationem et communicationem et assimilationem eis decentissime convenientem qui totis viribus desiderant ipsum, nec modum nec mensuram apponunt huic desiderio, quia modus et mensura desiderandi et amandi Deum est ut sit sine modo et sine mensura. Et tali desiderio apponere se ipsos ipsi est licitum et fas et sacre decens. In hoc tamen desiderio, quod quantum est ex parte estuationis desiderii sine modo est et sine mensura, non presumptuose enituntur ad superius comprehendendum de Deo.

(4) *om.* in.
(5) ipsius.
(6) manenter.
(7) *iter.* duas.
(8) *om.* ad.
(9) sacra.

25. *Theophania*, id est divina apparitione indita eis a Deo moderate et harmonice (H) sue susceptibilitati, quia non solum superbe (S) sed[10] *impossibiliter* (H, E) *ad superius* eniterentur *neque* relabuntur *ad inferius* et minus comprehendendum de Deo ; *indita* eis divina apparitione (S), *moderate* per dicti desiderii remissionem, ut videlicet tepidius desiderent aut minus de visione Dei indita eis moderate divina apparitione, sed totis viribus et[11], ut dictum est, sine modo et mensura se extendunt ad radium divinum in virtute propria infinitum, ut ipsum eis supersplendentem non in sua infinitate, sed in eis conveniente moderamine suscipiant, et ex tali susceptione bene patiantur, et ab hoc non declinent aut avertantur[12] et elevantur velut alis amore licitarum illuminationum sue susceptibilitati, videlicet convenientium, qui amor in hoc est commensuratus quod, licet sine modo et mensura desideret, commensuratum tamen sue proprie virtuti de divino radio desiderat et sacre reverenter[13] quod est supra suam virtutem, amor igitur sibi convenientis de divino radio et reverentia eius quod superexcedit sue susceptibilitatis analogiam.

26. Due ale sunt quibus mens, casta per continentiam ab amore inferiorum et sancta per desiderium superiorum, sursum elevatur, desiderandum igitur sine mensura et modo, sed non nisi commensuratum nostre virtuti de divino radio. Non enim dat ille summus paterfamilias nisi unicuique secundum propriam virtutem ; desiderans igitur amplius quam sue virtuti commensuratum desiderat pondus sui oppressivum et, quantum in ipso est, divinam perturbat ordinationem et providentiam. Et si quis presumeret et eniteretur totalitatem divinitatis ut est in se ipsa comprehendere, existimo quod in hoc Dei Verbo se parificaret et per hoc esset par Sathane qui dixit se in celum ascensurum et similem Altissimo futurum.

27. Sunt autem dictiones hic divisim dicere Spiritu mote, omnino sapienti, deodecenter, procaciter enitentes, bene passibiliter, alis elevatos, in greco singule dictiones composite. Oportet autem huiusmodi dictiones grecas compositas, cum non habent correspondentes compositiones in latino nec equipollentes eis dictiones simplices, transferre in dictiones simplices idem significantes cum dictionibus grecis ex quibus fiunt grece compositiones. Cum vero inveniuntur in latino compositiones grecis correspondentes et equipollentes convenientissime transferuntur in huiusmodi compositas ; quando etiam possunt fingi compositiones non multum absone latinitati convenienter etiam in huiusmodi fit translatio, ut si dicatur composite bonidecenter[14], sacredecenter, boniformiter,

(10) *add.* et.
(11) *om.* et.
(12) avertentur.
(13) reverentur.
(14) bonedecenter.

omnisciens[15], omnibonus et huiusmodi. Mens enim auctoris et venusta sui sermonis per huiusmodi compositiones, ut existimo, magis est dilucida. Existimo etiam quod diligenter consideranti que dictiones in latino divisim posite habent sibi correspondentes in greco compositas et fingenti, ut potest, ex simplicibus latinis correspondentes compositiones, licet latinitati absonas, sicut nos fecimus in principio expositionis angelice hierarchie, patebit dilucidius et mens auctoris et venustas sermonis ; ideo non incongruum nobis videtur, si breviter tangamus que divisim posite dictiones in latino habent in greco equipollentes sibi quoad sensum dictiones compositas.

[4e *section*]

28. *His sequentes... contentivam bonitatem.* Dicto se dicturum de divinis nominibus, et adiecto de incomprehensibilitate deitatis ut est in se, et insinuato breviter modo quo de illis nominibus intendit dicere, recapitulans breviter de hiis, adiungit quid intendit per divinorum nominum enarrationem. Intendit enim per hanc divinitatem laudare unam et trinam et hymnologizare et illuminari, ut fas, ad visionem provisarum ab eterno operationum divinarum ad creaturas. Ait igitur : *his sequentes thearchicis iugis*, seu magis latine dicendo, hec sequentes thearchica iuga (E), hoc est nos sequentes predictum amorem licitarum illuminationum ad videndum Deum cum reverentia incomprehensibilium de ipso, quasi iugum unum, et dictas castitatem et sanctitatem, quasi iugum alterum, quibus iugis divinitus iungimur et dirigimur ad principalem deitatem.

29. Que iuga videlicet *gubernant et*, id est etiam *totas sanctas adornationes supercelestium ordinum*, ut satis ex predictis est manifestum ; *honorantes reverentiis intellectuum*, id est angelorum *imperscrutabilibus* vel imperscrutativis, id est perscrutari non presumentibus *et sacris*, id est in Deum directis *quod quidem super intellectum et substantiam*, id est super comprehensibilitatem omnis intellectus et substantie etiam supreme hierarchie et supremi ordinis *occultum thearchie*, id est deitatis principalis omnium principii et naturaliter et essentialiter existentis deitatis et principantis dictis diis, angelis scilicet et sanctis.

30. *Ineffabilia autem*, thearchie videlicet, *casto silentio honorantes* videlicet ; honoramus enim de Deo incomprehensibilia etiam ab angelis per reverentias eorum quibus [datur] perscrutari reverenter sibi de ipso incomprehensibilia, sicut et per nostrum silentium honoramus de Deo ineffabilia ; ex utrisque enim ipsum laudamus. Nos, inquam, sic sequentes

(15) omnis sciens.

thearchica[1] iuga, honorantes thearchie occultum et ineffabilia, *extendimur*, tota videlicet intentione totoque conatu nostro, *ad splendores illuminantes nobis*, id est illuminantes[2] nos sacris eloquiis *et ab ipsis* sacris eloquiis[3], vel, ut habet aliud exemplar (E), *in sacris eloquiis et ab ipsis*, sacris videlicet eloquiis, vel ab ipsis splendoribus in sacris eloquiis *ducimur in lucem*, manifestantem videlicet nobis, secundum nostre[4] susceptibilitatis analogiam, divinorum nominum intentiones *ad thearchicas laudes*, id est ut ex divinis nominibus pro nostra possibilitate intellectis thearchiam laudamus.

31. *Illuminati ab ipsis* eloquiis videlicet vel splendoribus, *supermundane*, hoc est ut[5] absque phantasmatibus materialibus divina et spiritualia[6] comprehendamus, *et figurati*, id est aptati per figuras et formas symbolicas in mente nostra descriptas *ad sacras hymnologias*, id est laudum divinarum prolocutiones. Oportet enim, sacros theologos Dei principalissimos laudatores[7] divina et spiritualia[8] supermundane intelligere et ad alios per symbolicas figurationes et formationes annuntiare, sic inquam, illuminati et figurati, *et ad videre commensurabiliter nobis thearchica lumina data per ipsos*, splendores videlicet eloquiorum, seu per ipsa, eloquia videlicet ; greca enim littera utrumque potest dicere.

32. *Et laudare principium boni dativum omnis sacre luminis apparitionis*, laudare, inquam, illud *ut ipsum* principium videlicet *tradidit de se ipso in sacris eloquiis*, ipsum videlicet a nobis esse laudandum videlicet, incomprehensibilia de ipso nobis altiora non querendo et maiestatem ipsius non perscrutando, sed ut in Scriptura et maxime in Psalmis se docet laudandum. Et considerandum est[9] quod quasi materialis nostra adaptatio[10] est extensio nostra ad divinos splendores, non prout sunt in divini radii simplicitate comprehendendos, sed ut in eloquiis sunt expansi, ad quam adaptationem se coaptant eloquiorum splendores et ab ipsa suscipiuntur. Et sic mens illuminatur et illuminata videt thearchica lumina et in ipsis et per ipsa et[11] ab ipsis illuminata et sic visa in spiritu laudat supermundane et ad alios proloquitur symbolice.

(1) thearchia.
(2) *om.* nobis...illuminantes.
(3) *om.* et...eloquiis.
(4) *om.* nostre.
(5) *add.* ipse *eras.*
(6) spiritalia.
(7) *add.* de.
(8) spiritalia.
(9) *om.* est.
(10) adoptatio.
(11) *om.* et.

[5e *section*]

33. Sequitur : *velut quoniam omnium est causa*, etc. Ac si diceret : predicto modo extensi ad eloquiorum splendores et ab ipsis illuminati nobis commensurabiliter assurgimus in divinas laudes per diversas[1] in eloquiis nominationes, velut, cum dicimus supple, *quoniam omnium est causa*, ipsa videlicet thearchia, utpote eterno Verbo eternaliter et semel se dicens et dicendo se dicens in se omnia et hac sui et omnium dictione omnia ex nihilo in esse adducens, et sic *principium* efficiens videlicet omnium, vel principium potest hic dici ipsa thearchia in quantum adductis a se, ut a causa efficiente, ex nihilo in esse, tribuit se pro uniuscuiusque susceptibilitate unicuique participandam, ut hac unicuique commensurata participatione analogice revocetur[2] ad ipsam et in hoc habeat bene esse. Et *substantia*, seu essentia, in quantum videlicet in esse adducta substare facit et, ut unicuique congruit, permanenter esse. Hec igitur tria, causa scilicet et principium et substantia, dicitur ipsa thearchia esse omnium.

34. Et ad omnia dicta viventia aut sive intelligibiliter, ut vivunt angeli, sive vita rationali, ut homines, sive sensibili, ut animalia, sive vegetabili sola, ut plante, et omnium aliqua dicta[3] vita viventium, ipsa thearchia dicitur *vita* eo quod non vivunt nec bene vivunt nisi de sue vite in se supersubstantialis et incomprehensibilis secundum cuiusque viventis analogiam superirradiatione et participatione. Et quia viventes intellectuali et rationali vita liberum habent arbitrium potentes voluntarie in se deficere et ab ipsa thearchia decidere, ipsa ex sui bonitate semper presto est ad sustinendum ne decidant et ad decidentes relevandum et ad lapsos et iam deformatos erigendum, renovandum et reformandum, et ad iam per consuetudinem factos velut energumenos in primo gradu a quo prolapsi[4] sunt recollocandum.

35. Et ex hiis dicitur, sicut in littera sequitur, *et decidentium quidem ab ipsa*, seu ab ipso principio videlicet *et revocatio*, hoc est decidere potentium a casu[5] retentio et decidentium relevatio et sic ad se revocatio *et resurrectio* sive ressuscitatio. *Eorum autem qui delapsi sunt ad corruptivum deiformis*, id est ad peccatum actu consummatum vetustatem hominis veteris inducens et deformitatem *renovatio* in hominem novum *et reformatio* ad deiformitatem ; *eorum autem qui commoti sunt secundum*

(1) divinas.
(2) devocetur.
(3) *in marg. eadem manu.*
(4) prolasi.
(5) causa.

quandam commotionem[6] *exsecratam* per frequentiam scilicet perpetrationis et consummationis peccati[7] *sacra collocatio* in gradu videlicet a quo tam longe per peccati frequentiam proruerunt. Sic[8] itaque se habet thearchia ad decidentes et lapsos.

36. Adstantes autem, tam a principio quam post recollocationem in suis gradibus se habet ut sequitur quod ipsa videlicet est *et*[9] *stantium firmitudo*, ne ipsi videlicet aut voluntario defectu, aut exteriori impulsu vel illectu a sua statione commoveantur *et reductorum* stantium videlicet sursum erectorum *ad ipsam*, thearchiam videlicet, seu ad ipsum principium ; ad hanc dictionem enim principium, que in greco est femini generis, possunt referri relativa hic posita ; horum, inquam, est ipsa thearchia *manuductio* in via bonorum operum *extensiva* eorum in hac via ad anteriora meliora et maiora nec in hac via[10] ambulent in tenebris et nesciant quo vadant, aut offendant, ipsa est eorum *illuminatorum*[11] *illuminatio*. Et ne non perveniant ad huius vie finem et operum consummationem, ipsa est *teletarchia perfectorum*, hoc est principium et causa perfectionis eorum qui legitime certantes et usque in finem perseverantes perficiuntur.

37. Et ipsa est *thearchia deificatorum*, id est principium et causa deificationis eorum et sic eorum deificatio qui per divina opera ex divinis virtutibus perfecti et consummati omnem rebellionem carnis ad spiritum pacificaverunt, sic effecti filii Dei et dii. Ex qua deificatione sequitur simplificatio ad divinam simplicitatem et unio ad divinam[12] unitatem. Unde sequitur : *et simplificatorum simplicitas et unitorum unitas* est videlicet ipsa thearchia nec est quo ultra potest esse perfectio cum perventum est ad unionem cum summa et prima unitate ad quam ordinabiliter pervenitur per ordinem graduum pretactorum. Reducti autem et manuducti subsequentes manuducunt et illuminati inferioribus influunt de sibi superfuso lumine et perfecti de sua perfectione et deificati et simplificati et uniti cum summa unitate ad deificationem et simplificationem et unionem provehunt pro viribus inferiores. Unde hii tales in ratione principii constituuntur.

38. Et cuiusque eorum in quantum est etiam in ratione principii principium est ipsa thearchia et simpliciter omnis principii, in quantum principium est, existit ipsa thearchia principium. Unde subiungit auctor : *principii omnis supersubstantialiter superprincipale principium*. Natura enim luminis est non solum se profundere super sibi proximiora illuminata

(6) communicationem.
(7) perfecti.
(8) si.
(9) quod.
(10) *om.* ad...via.
(11) *iter.* illuminatorum.
(12) *om.* simplicitatem divinam.

sed etiam ab illuminatis in ulteriora illuminanda. Unde ea que primum lumen illuminat et facit esse in ratione luminis constituit in ratione principii ; secundum quod igitur Deus est lux et se [in] lucem tradens omnibus secundum cuiusque analogiam participandam et unumquodque, secundum quod sibi fas, in ipso sit lux et faciat[13] lucis opera, ipse est principians principia et principium principiorum. Unde ad probationem huius quod ipse est principii omnis superprincipale principium inducit auctor consequenter *et occulti*, id est lucis inaccessibilis *bona traditio*, *secundum quod fas* unicuique videlicet illam suscipere. Et cum bonitas, ut sepe in superioribus expositionibus tetigimus, sit naturaliter expansiva sui in omnium utilitates lucis semper in ulteriora se naturaliter profundentis traditio non potest esse nisi bona.

39. Et quasi quis quereret propter quid est ipsa thearchia predictorum predicta, utpote viventium vita et subsistentium substantia et similiter de aliis, addit quod propter ipsius bonitatem adductivam propter se ipsam eorum in esse ea que ipsa sunt et eorumdem in esse ea que ipsa sunt contentivam. Unde subdit : *et simpliciter dicere viventium vita* est videlicet ipsa thearchia *et entium substantia omnis vite et substantie principium et causa*. Et similiter intellige de ceteris hic dictis propter ipsius bonitatem adductivam entia in esse et contentivam eorum videlicet in esse. Licet autem multas in huius particule expositione fecerimus distinctiones, tota tamen particule littera sub unius clausule tenore est legenda. Pro quibus autem hec posuimus : *in lucem ducimur*, et *luminis apparitionis*, sunt in greco due dictiones composite.

[*6e section*]

40. *Hec a divinis eloquiis.,.. nobis tradidit.* Posita exemplificatione quarumdam divinarum nominationum quibus theologi laudant thearchiam non exprimentes per has que et quid est in se, cum hoc sit inexpressibile, sed que, vel quid, vel qualiter se habens est ad aliqua, adicit quod edocti sumus a sacris eloquiis per huiusmodi nominationes laudare thearchiam, quia ipsa eloquia per has et consimiles eam laudant et expresse dicunt quoniam que et quid est in se est incomprehensibile et inexpressibile. Et non solum per pretactas nominationes pretacto modo laudatur, sed et omnis laus eius in eloquiis est ex beneficis eius processibus, hoc est, ex providentiis et actibus provisivis quibus bonificat creaturas. Ait itaque : *hec*, id est huiusmodi laudes divinas quales preposite sunt per prepositas divinas nominationes *edocti sumus a divinis eloquiis*, *et*, *ut dicere*, id est ut simpliciter et universaliter dicatur[1], invenies, o Thimothee scilicet, *omnem sacram hymnologiam theologorum preparantem divinas*

(13) facit.
(1) dicam.

nominationes ad beneficos seu beneoperativos *thearchie processus* significandos videlicet *manifestative*, id est symbolica expressione, *et laudative*, id est spirituali intellectu symbolice significato, in quo est laudis divine consummatio. Pro eo autem quod nos transtulimus *ut dicere* aliquis (E) transtulit *sic dicere*, cum tamen hec dictio greca *hoos* ibi posita non significet « sic », sed « ut » vel « quod ».

41. Ut autem iam dictum dilucidius manifestet, exemplificat de quibusdam divinis nominibus exponens quos significant beneficos thearchie proponens quos significant beneficos thearchie processus. Subiungit itaque : *unde*, id est quia divine nominationes in laudem thearchie sumpte significant beneficos ipsius processus, *videmus in omni fere theologico negotio thearchiam sacre laudatam ut monada quidem et unitatem propter simplicitatem et unionem supernaturalis impartibilitatis ex qua*, impartibilitate videlicet, *ut unifica virtute unificamur et a partitis nostris alteritatibus supermundane complicatis*, id est a varietate et multitudine revocatis, *conducimur in deiformem monada*[2] *et Dei unitativam unionem.* In hiis itaque verbis exprimit auctor a quibus beneficis processibus theologia fere ubique laudat thearchiam ut monada et unitatem.

42. Per hec enim duo nomina privat a thearchia omne genus partibilitatis quale est in creaturis et superponit eam et elongat per immensum ab omni huiusmodi partibilitate. Non enim est partibilis ut magnitudo, id est ut linea, superficies, corpus, in partes integrales vel aliquod quod horum partitione[3] quoquo modo partitur. Nec etiam ut centrum circuli singulas principians et terminans circuli diametros, nec ut unitas principium numeri que in omnes numeros se multiplicat et sic quodammodo se dividit. Nec est partibilis ut vires appetitive vel apprehensive que se protendentes in varia appetibilium et comprehensibilium genera aliquod particionis et divisionis genus suscipiunt. Et manifestum est quod nullo modo est partibilis, ut genus in species, vel species in individua, nec ut subiectum in accidentia, vel accidens in subiecto[4], nec ut accidens in accidentia, nec ut vox in varias significationes, cum ipsa nec genus sit, nec species, nec subiectum accidentis, nec accidens, nec vox audibilis, nec aliquod huiusmodi quod susceptibile est participationis.

43. Si itaque quis dividat partibilitatem in duo genera partibilitatis, utpote in partibilitatem materialium et partibilitatem immaterialium, vel alio modo convenientiori, non irrationabiliter, ut existimo, dicet thearchiam laudari ut monada et unitatem ad duplicis partibilitatis et utriusque privationis et elongationis ab utraque insinuationem. Monas itaque dicitur propter simplicitatem, id est partibilitatis materialis

(2) monadam.
(3) participatione.
(4) subiecta.

omnimodam privationem, et unitas[5] propter unionem, id est partibilitatis immaterialis privationem, que utraque privatio est ipsius deitatis supernaturaliter et incomprehensibiliter in se impartibilis. Ex qua impartibilitate ut unifica virtute superelevamur[6] altius omni partibilitate immateriali et sic unificamur[7] thearchie impartibilitati, prius tamen segregati ab omni partibilitate materiali et alteritate per varios affectus[8] ad materialia et sic sursumducti ad deiformem monada et deiimitativam unitatem. Significatio igitur monadis et unitatis, cum in laudem divinam sumitur utrumque nomen a theologis, est privatio omnis create partibilitatis, et ab hac per immensum segregatio et supereminentia[9] et nostri ab omni partibilitate per inordinatos affectus ad simplicitatem et unitatem in ipsa revocatio. *Monas* autem et *enas* sunt nomina greca pro quibus utrisque nos dicimus unitas.

44. Videmus quoque thearchiam sacre laudatam ut trinitatem propter tres hypostases, id est subsistentias seu personas, id est Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, que trinitas ut est eternaliter in se ipsa, id est[10] inexpressibilis et ineffabilis est, ut patet ex verbis prophete dicentis : generationem eius quis[11] enarrabit? Si enim Filii generatio inenarrabilis est, nec Patris paternitas, nec Spiritus processio enarrari potest. Subfigurative tamen et symbolice enarratur. Insinuamus enim eam per symbola sensibilia, utpote per lumen visibile et splendorem de lumine genitum et calorem ex hiis procedentem, per omnem quoque formam sensibilem et speciem ex ea genitam sensum immutantem et coniunctionem intentionis sensus cum forma sensata.

45. Similiter subfiguramus eam per omnia intelligibilia et species ex hiis natas[12] que coniuncte intellectui faciunt eum actu intelligentem et coniunctionem intentionis virtutis intellective cum intellecto. Similiter subfiguramus eam per omnem vim apprehensivam et actum ex ea genitum et complacentiam virtutis apprehensive in actu apprehendente. Et universaliter per omnem vim activam et actum ex ea genitum et naturalem complacentiam active virtutis in actu de se progenito. Innuimus etiam eam symbolice vel subfigurative[13] per materiam et formam et utriusque communicationem et per habentia se ad invicem ut materia, forma et compositio, et universaliter per omne gignens et genitum et naturalem

(5) unitus.
(6) superelevatur.
(7) unificatur.
(8) effectus.
(9) supereminentiam.
(10) *om.* id est.
(11) qui.
(12) nata.
(13) figurativa.

gignentis et geniti[14] mutuum amplexum. Per huiusmodi igitur subfigurativas vel symbolicas enarrationes et laudes comprehenditur superbeata Trinitas in unitate essentie deitatis, non ut est in se, sicut pretactum est, sed quod ipsa, ut est in se ipsa, excedit super omnem mensuram et modum omnem trinitatem in ratione gignentis et geniti et naturalis horum amplexus ad invicem se habentem et quod ipsa est principium et causa omnis trinitatis predicto modo se habentis.

46. Et hoc est quod subinfert : *ut Trinitatem autem* videmus resume thearchiam sacre laudatam *propter expressionem trishypostatam supersubstantialis fecunditatis*, hoc est exprimatur, sicut possibile est, per subfigurationes[15] et symbola et ex hiis intelligatur hypostasis trina Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nomine enim fecunditatis hic insinuat paternitatem et filiationem et processionem. *Ex qua* fecunditate[16] videlicet supersubstantiali *omnis paternitas in celo et in terra est et nominatur*, id est homne quod aliquo pretactorum modorum vel quocumque modo altero in ratione gignentis et patris est, sive in celo, ut in ordinibus angelicis, sive in terra, ut[17] ex illa supersubstantiali fecunditate est sic et nominatur. Et similiter cointellige quod ex eadem supersubstantiali fecunditate est et nominatur omnis filiatio et omnis processio mutui[18] naturalis amplexus gignentis et geniti, ita quod, licet indivisa sit Trinitatis operatio, quadam tamen familiaritate sermonis referatur omnis paternitas in celo et in terra ad Patrem et omnis filiatio ad Filium et omnis processio mutui amplexus gignentis et geniti ad Spiritum Sanctum. Nomine itaque Trinitatis secundum quod sumitur in laudem thearchie significatur aliquis beneficus thearchie processus.

47. Sequitur autem *ut causam entium*. Videmus scilicet thearchiam a theologis laudatam ex hoc benefico processu videlicet quia omnia ad esse adduxit *per eiusdem*, sive, ut habet aliud exemplar (S), *propter eiusdem substantificatam bonitatem. Sapientem autem et bonam* videmus, resume, thearchiam laudatam, ab hoc scilicet benefico processu, *quoniam entia omnia salvantia incorrupta que proprie nature repleta sunt omni harmonia divina et sacradecentia*, seu, si latine diceretur, bonidecentia. Omnis enim res creata conservans et in se salvans[19] bona naturalia que a creatione et in creatione suscipit[20] incorrupta plenam et perfectam et in Deum reductivam habet concordiam ad se et ad singula et ad omnia insimul, que concordia decentia est et pulchritudo, nec potest procedere nisi ab

(14) *add.* et.
(15) figurationes.
(16) fecunditati.
(17) *om.* ut.
(18) mutui.
(19) salva.
(20) suscepit.

infinita sapientia infinitatem comprehendente, et ab infinita bonitate que se extendit in interminatam[21] utilitatem, decentiam, pulchritudinem et honestatem operandam.

48. *Philanthropon autem*, id est amatricem hominum videmus thearchiam laudatam *differenter*, id est superexcellenter, ex hoc videlicet superexcellente benefico processu *quoniam communicavit*, ipsa videlicet thearchia, *in una ipsius hypostasum*[22], id est in hypostasi[23] Filii, *his que secundum nos*, id est humana natura *ad veritatem totaliter*, quia persona Filii assumpsit humanam naturam non phantastice sed vere, non particulariter utpote corpus humanum sine anima humana, sed integraliter et totaliter corpus humanum et animam humanam, uniens ipsa sibi in personalem unitatem ; et hoc est quod sequitur : *revocans ad se ipsam et reponens humanam ultimitatem*, id est humanam naturam que ultimo creata est ; vel ultimitatem dicit nature humane totalitatem. *Ex qua* humana videlicet ultimitate *Iesus ineffabiliter simplex compositus est.* Patris enim Verbum et Filius intemporaliter est et eternaliter una thearchie hypostasis simplex et incomposita, in utero autem Virginis ex[24] ipsa Virgine assumens primitiam nostre masse carnem animatam anima rationali et intellectuali existit deinceps carni hypostasis, que Dei Verbi hypostasis et composita que prius simplex extitit, composita autem ex duabus perfectis naturis, deitatis et humanitatis.

49. Et fert ipsa divine filiationis caracteristicam proprietatem secundum quam discreta est a Patre et Spiritu et carnis caracteristicas proprietates secundum quas differt a matre et a reliquis hominibus. Sic igitur simplex Iesus compositus est, *et eternus assumpsit temporalem appositionem*, id est temporalem secundum humanam assumptam conversationem *et excedens* secundum divinitatem videlicet *supersubstantialiter omnem ordinem* substantiarum etiam supercelestium, excedens secundum *omnem naturam*, quia in nulla natura communicat univoce cum aliqua creatura, sed omnem incomparaliter[25] excedit. Sic, inquam, excedens *venit ad eam que secundum nos naturam*, vel, secundum aliud exemplar (E), equalis eius qui secundum nos factus est natura[26], *cum firmitate intransmutabili et inconfusa propriorum.* Assumens enim humana retinet divina omnino intransmutata et humanis assumptis inconfusa. Sic itaque, ut predictum est, videmus thearchiam sacre laudatam ut monada et unitatem, ut[27] trinitatem, ut causam entium, ut sapientem, et bonam, ut[28]

(21) indeterminatam.
(22) hypostasim.
(23) apostasi.
(24) in.
(25) incorporaliter.
(26) nature.
(27) et.
(28) et.

philanthropon, *et quecumque alia deifica lumina*, hoc est videmus thearchiam laudatam non solum ut predicta sed etiam ut quecumque alia deifica lumina, id est divinis nominibus signata nos illuminantia et deificantia *occulta*, id est symbolica et subfigurativa *traditio divinorum nostrorum ducum*, id est doctorum, *tradidit nobis manifestative*, id est in mysteriis expressivis spiritalium. *Et hoc consequenter eloquiis*, id est sicut eloquia ea tradunt.

50. Et considera exemplificationis ordinem, quomodo prius nominat monada et unitatem et consequenter trinitatem, in quibus abstractis ab omni benefico processu et comparatione ad creaturas eternaliter est ipsa thearchia, licet in huiusmodi abstractione non sit nobis comprehensibilis. Deinde in expressionem trinitatis vocat eam causam entium et sapientem et bonam, in hoc evidenter exprimens Patris omnipotentiam et Filii sapientiam et Spiritus Sancti bonitatem et consequenter per philanthropon Verbi incarnati dispensationem. Insinuat quoque, secundum ordinem[29], rerum adductionem in esse et consequenter in bene esse, et deinceps a bene esse lapsarum reparationem, que, licet indivisa sint opera Trinitatis, possunt tamen non inconvenienter quadam locutionis appropriatione attribui diversis personis, quemadmodum proprie attribuimus loqui intelligentie, licet indivise operentur sermonem memoria, intelligentia, voluntas. Divinas nominationes et Dei imitativam sunt in greco due dictiones composite.

[7e *section*]

51. *Hec et nos edocti sumus... resurrectionis filii existentes.* Dicto quod thearchia sacre laudatur a theologis per divinas nominationes, et exemplificato de quibusdam nominationibus quibus laudatur, et exposito que deifica lumina ipsam[1] significant cum adiectione quod aliis consimilibus deificis luminibus per divinas nominationes significatis consimiliter laudatur, subiungit modum quo nunc, dum sumus in hac vita, pertingimus ad visionem deificorum luminum, adnectens consequenter quomodo in gloria resurrectionis ad illa speculanda pertingimus. Nunc enim ad illa pertingimus per sacra velamina symbolorum et subfigurationum tam in eloquiis quam sanctorum patrum traditionibus contentorum, tunc autem, cum erimus docibiles Dei, sine velaminibus omnia nude conspiciemus.

52. Hoc itaque manifestans ait : *hec*, id est deifica lumina, *et nos edocti sumus nunc quidem analogice nobis*, hoc est comproportionaliter nostre susceptibilitati, *per sacra velamina eloquiorum et hierarchiarum tradi-*

(29) *om.* ordinem.
(1) ipse.

tionum, id est in eloquiis et hierarchicis[2] traditionibus posita. Et hoc dico *philanthropia*, id est divino amore hominum condescendente eorum infirmitati, *circumvelante intelligibilia sensibilibus*, vel ut secundum aliud exemplar, (E) invisibilia[3] quidem sensibilibus, *et supersubstantialia*, id est divina et increata *existentibus*, cum videlicet intelligibilia exprimuntur symbolice per sensibilia et increata exprimuntur per creata, *et circumponente* eadem scilicet philanthropia *formas et figuras* corporeas videlicet et materiales *et informabilibus et infigurabilibus*, id est spiritualibus formis et figuris materialibus non participantibus *et formante et multiplicante* eadem scilicet philanthropia *et supernaturalem et infigurabilem simplicitatem* id est simplicitatem[4] divinam *varietate partibilium symbolorum;* significatur enim ipsa divinitas simplex et invariabilis symbolice per res partibiles et varias varie suos beneficos et multiplices processus exprimentes.

53. Vel sic distingue litteram : *hec et nos edocti sumus*, *nunc quidem analogice nobis per sacra velamina*, et hoc dico *philanthropia eloquiorum et hierarchicarum traditionum*, id est divino amore hominum in eloquiis et hierarchicis traditionibus et per ipsa condescendente[5] infirmitati nostre, circumvelante et cetera, ut prius. Hanc enim distinctionem et littere ordinationem exigit proprietas littere grece, que articulum huius dictionis *philanthropia* interserit inter has duas dictiones *velamina et eloquiorum.*

54. Ita, inquam, edocti sumus nunc[6] deifica lumina, *tunc autem quando incorruptibiles et immortales efficiemur*, in gloria videlicet resurrectionis, *et consequemur christiformem et beatissimam quietem*, fulgentes videlicet sicut ipse ut sol, et pacificato et obediente corpore omni motui voluntatis, *semper cum domino*, Iesu videlicet, *secundum eloquium*, *erimus* etiam per corporalem presentiam, nos dico *repleti quidem visibili*[7] *ipsius theophania in omnino castis speculationibus*, quia visu corporeo omnino ordinato et perfecto contuebimur ipsum hominem glorificatum. Et eo modo quo nunc videntes hominem moventem et humana operantem in ipso visu comprehendimus cum anima rationali animatum, sic tunc videntes ipsum dominum Iesum comprehendemus[8] ipsum esse veraciter Deum, et ideo ipsius visio et ipse visus bene dicitur theophania.

55. Repleti, inquam, ipsius visibili theophania *circumfulgente nos manifestissimis splendoribus*, *ut discipulos* circumfulsit videlicet *in illa divinissima transformatione*, in monte videlicet, ita dico tunc sensibiliter

(2) hierarchiis.
(3) *om.* sensibilibus... invisibilia.
(4) *om.* id est simplicitatem.
(5) condescente.
(6) tunc.
(7) videlicet.
(8) comprehendimus.

comprehendemus dominum Iesum, ipso nos circumfulgente claritate sui corporis glorificati ; *participantes autem intelligibili ipsius luminis datione in intellectu impassibili*, id est non potente in actu intelligentie recipere interpolationem, aut remissionem, aut decisionem, *et immateriali*, id est abstracto ab omni phantasmate et participantes resume *ea que superintellectum*, *unione*, id est unione cum Deo, *in ignotis et beatis appositionibus* seu immissionibus (H. S.) *superapparentium*[9] *radiorum in diviniore imitatione supercelestium intellectuum.*

56. In gloria, enim, resurrectionis participabimus divino lumine secundum analogiam eius que tunc erit nostre susceptibilitatis, quo clarificatus intellectus noster impassibilis erit et immaterialis et in hac claritate sursum ducemur ad unionem cum Deo, que unio est supra nostrum maxime ut nunc est intellectum, que unio erit non solum in superirradiatione desuper refulgentium radiorum sed et in nostris beatis et adhuc nobis ignotis appositionibus, id est voluntariis sursum et in antea conatibus et extentionibus in claritate superclarorum (S) radiorum, in hoc divinitus imitantes supercelestes intellectus[10] id est angelos quibus tunc equales erimus. Unde subiungit : *equales angelis enim, ut eloquiorum veritas ait, erimus et filii Dei, resurrectionis filii existentes ;* luminis datione et equales angelis sunt in greco due dictiones composite.

[*8e section*]

57. *Nunc autem ut nobis... supersubstantialiter segregatum.* Assignata differentia conspectionis deificorum luminum hic et in patria, insinuat ordinem progressus nostre conspectionis donec pertingimus ut fas ad supersubstantialem radium incomprehensibilem et inconspectibilem, ostendens per rationes quasdam quod ipse est incomprehensibilis et querens qualiter negotiabitur sermo de innominabili et incomprehensibili et huius subiungens solutionem, ait itaque : *nunc autem*, in hac videlicet vita, *utimur, ut nobis possibile, propriis quidem* seu familiaribus, id est congruentibus *symbolis in divina*, id est in spiritalia conspicienda videlicet, *et ex hiis*, id est symbolis, *rursus extendimur analogice* nostre videlicet possibilitati *ad simplicem et unitam veritatem intelligibilium speculaminum*, id est adornationum angelicarum et deiformium proprietatum ipsorum angelorum intellectu speculativo comprehensibilium, quarum veritas absque phantasmatibus et symbolis speculata simplex est et unita, *et post omnem que secundum nos*, hoc est post omnem nostram et nobis convenientem *intelligentiam deiformium* speculaminum videlicet

(9) superappetitum.
(10) intellectos.

intelligibilium, *facientes* nos scilicet *nostras intellecluales operationes requiescere, apponimus secundum quod fas in supersubstantialem radium*[1].

58. Supra intelligentiam enim angelicarum ordinationum non potest actus et motio intelligentie sua actione et motione quicquam attingere vel comprehendere. Unde post intelligentiam supremarum creaturarum non restat intellectui nisi in solo et summo desiderio supersubstantialis radii quiescere et quiete et inoperabilitate expectare superfusionem et contactum et infusionem supersubstantialis radii ipsum sibi coniuncturi et post se tracturi, secundum analogiam susceptibilitatis sue. Dictos autem tactum et tractum summe desiderat sic extensus et quietus intellectus, sicut manifestum est ex eloquiis, et in hoc desiderio sequi tangentem et trahentem non pigritando sequi nec enitendo precurrere est apponere, secundum quod fas, in radium supersubstantialem, *in quo* videlicet radio *omnes termini omnium cognitionum superineffabiliter preexistiterunt.*

59. In mente enim divina preextiterunt ab eterno eterne rationes omnium creandorum, in quibus rationibus omnia vivunt, ex quarum fulgoribus omnes cognitiones illustrantur ad cognoscendum et, ut ipsis est fas, ad eas revocantur et terminantur, quoniam radium scilicet supersubstantialem *neque possibile intelligere neque dicere neque totaliter aliqualiter contemplari.* Universaliter enim nulla virtute comprehensiva vel comprehensi manifestativa potest comprehendi vel manifestari ut videlicet est in se *propter ipsum* radium scilicet *esse segregatum* seu superelevatum ab omnibus *et superincognitum.* Cum enim non possit aliquid ex se supra id quod ipsum est, divinus autem radius est incomparabili superpositione segregatus ab omnibus, ex se non potest quisquam in aliquid ipsius, et ita nec intellectus nec vis aliqua cognoscitiva vel cogniti manifestativa.

60. Sed nec est aliquod susceptibile, ut superius tactum est, virtutis extendentis ipsum supra se in thearchici radii infinitatem et infinitam totalitatem nec sustinere potens huiusmodi extensionem, et ideo nullo modo potest quisquam in eius ut est in se comprehensionem vel manifestationem. Subiungit quoque et alteram causam incomprehensibilitatis thearchici radii, resumens paulo ante dictum sermonem de preexistentia rationum eternarum in mente divina quas vocat terminos et reterminationes omnium. Cum enim eternaliter sint in ipso thearchico radio non ab alio extra et sint cause efficientes et conditrices omnium ex nihilo et ita in infinitum superexcedentes et finales et terminantes, nullo modo potest essentia vel virtus creata ad hanc admirabilem et sic confortatam scientiam. Ipse enim rationes divina sunt scientia.

(1) *om.* radium.

61. Hoc itaque quod sequitur : *Et omnium quidem*, etc., resume sic, thearchicum radium non est possibile intelligere, vel dicere, vel aliqualiter contemplari propter iam dictam causam et propter ipsum esse *preaccipientem in se ipso supersubstantialiter*[2] *reterminationes*, id est eternas rationes *simul*, quia non successive, *et omnes*, quia non aliquas et aliquas non, reterminationes, inquam, *omnium cognitionum substantialium et virtutum superfirmatum* autem[3] seu supercollocatum (E, S)[4] divinum scilicet radium *omnibus et*, id est etiam, *supercelestibus intellectibus virtute* seu potentia *incomprehensibili*. Virtus enim et potentia supra omnem comprehensionem est que sola comprehensione et voluntate aliquid ex nihilo producit in esse et superfirmata et collocata superexcellentia infinita super omnem virtutem et potentiam etiam substantiarum supremarum.

62. Ostenso thearchicum radium esse incomprehensibilem per sui supereminentiam, ostendit consequenter idem per virtutis comprehensive et cognoscitive potentiam, que cum sit ens et ultra ens nihil potest in eum qui in infinitum excedit[5] omne ens nihil potest. Unde sequitur : *si enim cognitiones omnes entium sunt et in entia habent terminum* ultra quem videlicet progredi non possunt, si, inquam, ita est, hoc est quia ita est, qui *ultra omnem substantiam* seu essentiam (E) *est*, supple, *et*[6] *ab omni est cognitione superelevatus*, seu segregatus (S).

63. Positis itaque rationibus manifestantibus divinum radium, id est ipsum Deum lucem inaccessibilem esse incomprehensibilem, recapitulans eas, querit qualiter negotiabitur sermo vel ratio de divinis nominibus, divinitate existente incomprehensibili et innominabili, sic subiungens : *et quidem si melior est* thearchicus videlicet radius, hoc est si secundum quod predictum est, excellentior est *omni ratione*, ratiocinante videlicet, *et omni cognitione*, per ratiocinationem videlicet adquisita *et collocatur super intellectum universaliter*, hoc est super vim omnem apprehensivam simplicium intentionum et principiorum per se notorum, *et substantiam*, angelicam videlicet sine discursu ratiocinationis cognoscentem, radius, dico, *omnium quidem existens circumacceptivus* seu, si latine diceretur, circumprehensivus (S), nihil videlicet relinquens extra suam comprehensionem, *et comprehensivus*, hoc est omnia simul et totaliter apprehendens, et *preacceptivus*, seu, si latine diceretur, preapprehensivus (S), hoc est omnia eternaliter antequam essent comprehendens, *omnibus autem* per se *universaliter*, hoc est[7] ut est in se omni virtute apprehensiva

(2) substantialiter.
(3) aut.
(4) supercollatum.
(5) extendit.
(6) ut.
(7) *om.* hoc est.

incomprehensibilis, *et neque sensus ipsius est* comprehensivus videlicet, *neque imaginatio*, *neque opinio*, *neque nomen* manifestivum videlicet aliqua in apprehensiva comprehensi, *neque ratio*, *neque tactus*, id est intellectus quo quasi contingimus intelligibilia, *neque scientia*, et ita, cum he virtutes apprehensive omnes apprehensivas contineant, ipse divinus radius est universaliter incomprehensibilis.

64. Si, inquam, ita est, *qualiter negotiabitur nobis sermo* seu ratio *de divinis nominibus* et hoc, dico, *supersubstantiali divinitate demonstrata*, *invocabili* aliquo videlicet nomine *et supernominabili*, id est super omne nomen existente. Ubi nos ponimus *ratio* et *sermo* in greco habetur utrobique *logos* quod significat *sermo* (H, S) et *verbum* (E) et ratio, et ideo diversi diversimode transtulerunt. Proposite autem questionis subiungit solutionem recitans prius de thearchie incomprehensibilitate et manifestans eam adhuc a minori, hoc est ab angelicis unionibus cum Deo nobis incomprehensibilibus, ut manifestius pateat ex agnita prius incomprehensibilitate modus negotiationis, hoc est de divinis nominibus.

65. Subiungit itaque ad questionis solutionem sic : *sed quod diximus quando theologicas subfigurationes exposuimus;* composuit enim, ut pretactum est, ante hunc librum conscriptionem quamdam intitulatam *theologice hypotyposeis*, quod quidam (S) translatores ponunt grece, quidam (E) transferunt in *caracteres*, sed convenientius grece compositioni nominis, compositi ab *ypo*, quod est *sub*, et *typus*, quod est *figura*, vel *typoosis*, quod est *figuratio*, transfertur in *subfigurationes*, que subfigurationes quid sunt et in quo differunt a theologicis symbolis in 3° capitulo de Mystica theologia satis declarat auctor ; quando, inquam, has subfigurationes exposuimus, diximus *unum superincognitum*, hoc est summe incognitum, vel non solum super omnem cognitionem existens, sed et super omnem ignorantiam, id est intelligentiam querentem ipsum per rerum omnium abnegationem, *supersubstantiale ipsum per se bonum*, *trinam*, *aio*, *unitatem unius deitatis et unius bonitatis*, vel, si latine diceretur, unideam et unibonam. (H).

66. Hoc, inquam, unum etc. *Neque dicere neque intelligere possibile quod est*, hoc est quid in se ipso est, et non solum hoc est non intelligibile et non dicibile, *sed et sanctarum virtutum*, id est angelorum supremorum maxime *angelidecentes uniones bonitatis superincognite et superlucentis*, id est divine bonitatis, hoc est angelidecentes uniones cum superincognita et superlucente bonitate : posset enim ille genitivus grecus congrue transferri in dativum latinum vel ablativum, cum prepositione vel adiungatur iste genitivus secundum ordinem littere consequenter huic dictioni *susceptiones* et ad hanc dictionem *uniones* subaudiatur cum Deo.

67. Iste, inquam uniones[8] *quas sive appositiones*, secundum quod

(8) *om.* subaudiatur... uniones.

preexpositum est, *sive susceptiones* a susceptione divini radii *oportet dicere* et *ineffabiles sunt et incognite* nobis videlicet et etiam inferioribus ordinibus. Ineffabiles et incognite sunt uniones superiorum, quia eas non cognoscit nisi qui suscipit, sicut manifestat subiungens : *et solis ipsis insunt angelis* cognitiones videlicet unionum cum thearchia vel uniones in quantum cognite *dignificatis*, id est qui dignificantur ipsis cognitionibus videlicet, vel unionibus cognitis, *super cognitionem angelicam*, id est super cognitionem inferiorum angelorum et etiam theologorum qui in Scriptura[9] dicti sunt angeli. Ex hoc itaque tanquam a minori patet incomprehensibilitas thearchie. In comprehendendum itaque thearchiam quid est et ut est in se non enituntur theologi, quamvis toto desiderio sine modo et mensura desiderant et anhelant ad comprehensionem ipsius secundum mensuram donationis ipsius.

68. Modus autem comprehensionis ipsius[10] et laudis per divina nomina est per ablationem et remotionem omnium entium ab ipsa et positionem supereminentie ipsius infinite et incomprehensibilis ad singula et etiam omnia insimul, nec est nomen, vel privativum, vel positivum de Deo dictum quod non insinuet et laudet ipsum per ablationem, sicut in expositione Angelice hierarchie tetigimus ; hoc est itaque quod in solutione[11] proposite questionis adiungit dicens : *hiis* id est sanctis virtutibus angelicis *uniti*, id est assimilati, *ut possibile, angelica unitione deiformes intellectus*, id est theologi vocati intellectus, quia viri spirituales non secundum carnem sed secundum intellectum viventes, *quia secundum quietationem omnis intellectualis operationis fit aliqua talis unio deificatorum intellectuum*, id est theologorum, *ad superdivinum lumen*, sicut pretactum est, *laudant per se propriissime per omnium entium ablationem hoc*, id est supradictum, unum et superincognitum et supersubstantiale, trinam scilicet unitatem. Illi, dico, *vere et supernaturaliter illuminati ex ea beatissima unione que ad ipsum*, unum videlicet, laudant, inquam, hoc sic scilicet *quoniam omnium quidem est entium causa*, et sic infinite excellentie ad omnia, *ipsum autem nihil*, entium videlicet, *ut segregatum* seu superelevatum *supersubstantialiter ab omnibus entibus;* quod autem diximus *angelica imitatione* est in greco unum adverbium compositum, et similiter *per se propriissime.*

[*9e section*]

69. *Supersubstantialem quidem... habitualem aptitudinem.* Ex incomprehensibilitate thearchie iam multis rationibus ostensa infert quod non est fas, immo magis blasphemium, velle nominare et laudare ipsam quid

(9) scripturis.
(10) *om.* ipsius.
(11) solutionem.

ipsa est, videlicet in se, per aliquod nomen quantumcumque excelse significationis, sed cum nominatur aliqua etiam rei excellentissime nominatione non insinuatur quod ipsa thearchia sit id quod nomine significatur sed quod ipsa est ab omni huiusmodi superexcellenter segregata et superelevata. Ait itaque : *igitur nulli quidem eorum quotquot sunt amatores eius veritatis que super omnem veritatem*, id est thearchie que est per se veritas super omnem veritatem *fas laudare thearchicam supersubstantialitatem quodcumque superexistentia superbonitatis est*, hoc est nulli fas laudare eam ut videlicet intendat exprimere quid ipsa superexistentia superbonitatis est in se, cum hoc sit super omnem creatam potentiam *neque ut rationem vel virtutem* seu potentiam[1] *neque ut intellectum vel vitam vel substantiam*, quasi ipsa in se ipsa esset aliquid horum.

70. Non enim est ratio que est discursio per media in cognitionem[2] conclusionis, neque intellectus acceptivus principiorum, neque virtus seu potentia ratiocinativa videlicet, vel intellectiva, nec vita in qua fundantur predicte virtutes et actiones, nec substantia seu essentia que substat vite et intellectui et virtuti et rationi. Et ita, cum non sit fas laudare thearchiam ut aliquid horum licet excellentissimorum nec fas est laudare eam ut aliquid minorum *sed ut segregatam superexcellenter ab omni habitu*, id est qualitate, virtute et dispositione quacumque difficiliter mobili *motu* quocumque videlicet ab habitu procedente, *vita* que est admirabilissima motuum sui videlicet in se ipsam non cessans reciprocatio, *imaginatione*, id est sensatorum refiguratione, *opinione*, id est certa suspicione, *nomine* tam extra prolato quam intus disposito, in quo subintellige omni virtute sermocinativa, ratione, *mente* id est virtute intellectiva, *intelligentia*, id est mentis actione, *substantia* que omnibus videlicet predictis subsistit, *statione*, id est quiete, *collocatione*, seu firmitudine, in statione videlicet, *unione*, id est sui ad se indiscrepantia que consequitur ad firmam stationem, *termino*, *infinitate* seu interminabilitate que duo omnia comprehendunt, cum omne sit aut termino ultra quem non progreditur terminatum aut infinitum, et simpliciter *omnibus quecumque entia sunt*. Cum nominatur igitur Deus ratio, vel intellectus, vel substantia, vel aliquid huiusmodi a theologis non intendunt per hoc ostendere quid ipse est in se, sed insinuare quod ab omnibus huiusmodi est superexcellenter segregatus, ablatus et superelevatus segregatione ablatione infinita et incomprehensibili.

71. Laudatur etiam thearchia quia bonitas est in singulorum et omnium voluntarie et provisive se extendens utilitates a beneficiis et provisivis eius[3] processibus ad creaturas et conversionibus creaturarum ad ipsam,

(1) *om.* neque... potentiam.
(2) cognitioni.
(3) *om.* eius.

quas conversiones faciunt eius benefici et provisivi processus. Unde subiungit : *quia autem ipsi*, hoc est Deo, *esse ut existentia bonitatis*, eius enim esse non aliud est quam bonitatis existentia, quia, inquam, hoc esse, id est bonitatem esse, *omnium est entium causa*, *laudandum bonarchicam*, id est principaliter bonam et boni omnis principiativam *thearchie providentiam ex omnibus causatis*, utpote ex vestigiis bonarchice providentie, *quia et circa ipsam*, id est divinam providentiam, *omnia* ipsam videlicet appetendo, suo tamen appetitu ipsius infinitatem non penetrando, quod innuit per *circa*, *et ipsius gratia*, id est ipsius libera voluntate sunt supple omnia, *et ipsa est ante omnia*, et ideo non ipsorum merito sed ipsius gratia in esse adducta sunt *et* omnia *in ipsa consistunt*, hoc est habent in ipsa essentie permanentiam, *et esse hanc*, id est esse divinam providentiam, hoc est esse divine providentie est, supple *adductio omnium* in esse videlicet *et hypostasis*, id est subsistentia omnium in esse ; divina enim providentia in se nude et absque alicuiusque conditionis adiectione omnia adducit ex nihilo in esse et subsistere facit singula in suis singularibus subsistentiis, *et ipsam omnia appetunt*, hoc predictum aliis verbis repetit ut subiungat diversos diversorum appetendi modos.

72. Unde sequitur : *intellectualia quidem*, ut angeli, *et rationalia*, ut homines, *et cognoscitive* appetunt eam videlicet ; *inferiora autem hiis* utpote animalia, *sensibiliter*, *et alia*, id est plante et omnia carentia vita, *secundum vitalem motum vel substantialem et habitualem aptitudinem*, et appetunt eam resume plante quidem, secundum vitalem motum, utpote nutritivum, augmentativum, omnia carentia vita secundum substantialem et habitualem aptitudinem, id est secundum formam eis substantialem, que eadem comparatione ad actum naturalem virtus est et habitus et aptitudo habitualis ad actum naturalem producendum. Unaqueque enim res et virtus et potentia naturaliter appetens perficientia et conservantia ipsam in bene esse, quia nec sic appetit, nec sic appetens participat appetitis nisi ex divina bonitate et providentia veraciter appetit bonarchicam[4] providentiam.

[*10e section*]

73. *Hoc igitur scientes ... et nullum entium* Ostenso quod thearchia est incomprehensibilis et innominabilis et quod ipsa tamen laudatur per omnium ablationem et per superexcellentiam ad omnia et per beneficos providentie processus ad omnia, infert ex hiis quod ipsa laudatur a theologis et ut innominata propter sui incomprehensibilitatem et ineffabilitatem, ut quando dicunt eam esse super omne nomen et innominatam et nihilominus propter predictas eius habitudines

(4) bonarchiam.

ad omnia laudatur ab ipsis ex omni nomine. Dicit itaque : *hoc igitur*, scilicet quod predictum est de thearchie incomprehensibilitate et ineffabilitate et de modis laudis ipsius per divinas nominationes, *scientes theologi, laudant ipsam et ut innominatam et ex omni nomine. Innominatam quidem*, hoc est dicendo eam innominatam laudant, videlicet eam, theologi, *ut quando dicunt thearchiam ipsam in una mysticarum visionum theophanie*, id est apparitionis divine, *symbolice*, quia in humana forma, *increpasse dicentem* et querentem, *quod nomen tuum? et quemadmodum abducentem* ipsam thearchiam videlicet *ipsum*, id est dicentem quod nomen tuum *ab omni cognitione Dei nominativa* dicere illi videlicet querenti, *et ut quid interrogas nomen meum? et hoc*, id est nomen meum, *est admirabile.*

74. Historia quam hic tangit auctor satis nota est in libro Iudicum de Manue patre Samsonis querente a Domino qui apparuit ei in angelo apparente in forma humana quod nomen tuum? cui, quasi increpans eum quod quereret nomen, innominabilis, respondit : ut quid interrogas nomen meum? et hoc est Admirabile ; quod potest tripliciter intelligi. Intelligunt enim quidam quod nomen in quo nominatur divina essentia in se ipsa est illud quod dicunt tetragrammaton, quod nomen est ineffabile a creatura, sicut ipsa divina essentia est incomprehensibilis, et ideo est hoc nomen admirabile, immo super omnem admirationem. Alii dicunt quod hoc ipsum admirabile est nomen Dei, sicut dicitur in Isaia ; et vocabitur admirabilis[1]. Alii autem intelligunt hanc dictionem *admirabile* positum adiective ad hanc dictionem *nomen* et intelligunt quod[2] per hanc dictionem *nomen* cui addicitur *admirabile* superponuntur[3] talia divina nomina : super omne nomen, innominatum, supercollocatum omni nominationi et similia, et sic videtur intellexisse auctor iste. Unde subiungit : *vel nonne hoc vere est admirabile nomen istud*, scilicet *super omne nomen, innominatum, omni supercollocatum nomini nominato, sive in seculo hoc sive in futuro?* quasi diceret vere est admirabilis nominatio que nominat per[4] nobilitatis privationem.

75. Nominant etiam thearchiam et laudant theologi per nominationes positivas, sicut manifestat auctor per exempla sumpta ex Scriptura, subiungens : *multorum nominum autem* seu polyonymam, id est multivocam (E), seu si latine diceretur, multi nominum (H, S)[5] laudant, supple theologi, thearchiam, *ut quando rursus inducunt ipsam* thearchiam videlicet *dicentem ego sum qui sum*, seu, sicut habetur in greco, *ego sum ens, vita, lumen, deus, veritas ;* hoc enim se dicit esse thearchia, ut continetur manifeste in Scriptura hiis velut suis quibusdam nominibus se nominans,

(1) *om.* est... admirabilis.
(2) *om.* quod.
(3) supponuntur.
(4) *om.* per.
(5) multinomiam.

hiis tamen velut nominationibus ad sue essentie ut est in se comprehensionem non attingitur, sed per hoc concipitur quod superexcellenter segregatur et superelevatur ab omnibus sic vel sic nominabilibus. Et licet verum sit, ut quidam dicunt, quod si abstrahatur nomen[6] ab omni eo cui potest adici, verum et retineatur in intellectu ipsum nudum nomen[7] iam intelligitur ipse Deus, non tamen etiam sic, licet non aliud remaneat in intellectu quam Deus, comprehenditur ipsa divina essentia que et quid est plene in se ; itaque si abstrahantur predicta quinque nomina ab omnibus que possint ab illis denominari et ab omni comparatione denominabilium ab ipsis, intelligetur per ipsa non aliud quam ipse Deus, non tamen ut totaliter est in se, sed intellectu ab hoc incomparabiliter[8] deficiente.

76. Potest itaque Deus hiis nominibus quibus ipse se nominat et eis consimilibus predicto modo abstractis nominari et laudari, et sic a theologis nominatur et laudatur, et insuper nominatur et laudatur per multas et varias nominationes et a beneficis eius processibus. Unde subdit : *et quando ipsi*[9] *divine sapientes*, seu theosophi (H, E) *laudant omnium causam*, ipsam videlicet thearchiam, *multis nominibus* seu multivoce (E) *ex omnibus causalis*, hoc est nominibus impositis ex beneficis processibus ad omnia causata, utpote quando laudant ipsam omnium causam ; *ut bonum*, hoc est ut extendentem et profundentem se bonitatem sue libere voluntatis gratia in omnium iuvamentum, ut videlicet sint et bene sint ; *ut pulchrum*, hoc est ut predicto modo protendentem se pulchritudinem in omnium pulchritudinem efficiendam que consistit in concordia sui ad se et ad singula et ad simul omnia ; *ut sapientem* hoc est predicto modo profundendo se[10] sapientiam in omnium mentes et intellectus luce sapientie clarificandos ; *ut dilectum*, seu diligibilem (S) ; ex predictis enim et aliis que gratuito tribuit creaturis omnia ipsum appetunt, et rationalia et intellectualia, cum bene sunt ordinata, ipsum propter ipsum appetunt et diligunt. Et licet hoc nomen[11] dilectum et similia videantur magis significare habitudinem creaturarum ad ipsum quam eius processus beneficos ad creaturas, quia tamen huiusmodi habitudines ex beneficis et in beneficis eius processibus habent esse et essendi permanentiam et directionem, quod etiam in nominum significatione continetur, bene etiam huiusmodi nomina significant ipsum ut benefice procedentem ad causata ; *ut deum deorum*, hoc est ut omnibus a deiformitate denominatis diis incomparabiliter[12] naturali sua deitate superexcellentem et quod dei-

(6) verum.
(7) verum.
(8) incorporaliter.
(9) ipse.
(10) *om.* se.
(11) *om.* nomen.
(12) incorporaliter.

formes et dii sunt de participatione sue deitatis eis tribuentem ; similiter intelligendum quod sequitur *ut dominum dominorum, ut sanctum sanctorum ; ut eternum*, hoc est ut omnia habentem simul et sine principio et fine que partite largitur creaturis. Grecum autem quod transferimur in *ut eternum* convenienter transferetur in *ut seculare*, quod, dictum de Deo, non significat ipsum participantem et mensuratum seculo sed in se eternum, ut predictum est, et seculorum omnium factorem ; *ut entem*, id est ut omnis essentie et esse factorem ; superius dixit quod eius nomen est qui sum, seu ens masculine dictum, unde videtur hic idem repetere, sed, ut superius tetigimus, ens ibi dicitur per abstractionem ab omnibus que entia sunt et nominantur, hic autem a benefico processu ad omnia entia. *Et ut seculorum causam ;* hoc potest esse expositive positum eius quod predixit ut secularem, vel potest ibi dici Deus secularis ut effector seculorum, hic autem ut factorum seculorum causa conservativa et directiva ; *ut vite largitorem*, et multotiens in Scriptura dicitur vita, non ut predictum est per abstractionem ab omni vivente, sed ab omnis vite largitione ; *ut sapientiam*, non solum, ut predictum est, omnem intellectum et rationem luce sapientie illustrantem, sed omnia simpliciter, prudentissime et artificiosissime providentem et prospicientem et in numero, pondere, et mensura in esse producentem ; vel potest sapientia hic posita intelligi ut supra exposuimus sapientem et sapiens ibi positum intelligi ut hic exponimus sapientiam ; *ut intellectum, ut rationem, ut cognitorem*, hoc est ut de superintelligibili, superrationali, supercognitione, hoc in esse producentem, servantem, dirigentem et consummantem ; *ut prehabentem omnes thesauros omnis cognitionis*, hoc est ut eternaliter et ante omnes res habentem omnium creandorum eternas rationes, omnium cognoscitivas et conditrices causas et omnis create cognitionis immediate vel mediate illuminationes, quas vocat Apostolus thesauros sapientie et scientie absconditos ; *ut virtutem*, seu potentiam, *ut potentem, ut regem regnantium ;* hec satis manifesta sunt ex iam dictis consimilium expositionibus ; *ut antiquum dierum* quia illi nulla successio est preterita vel futura, sed omnis eternaliter presens ; *ut insenescentem*, hoc est predicta dierum antiquitate vel aliquo modo a sua virtute non declinantem, et omnia que non declinant nec veterascunt in sue virtutis plenitudine conservantem, *et inalterabilem*, quia, sicut nec ad deterius deficit, sic nec ad melius proficit ; *ut salutem, ut iustitiam, ut sanctificationem, ut liberationem*, et hec satis sunt manifesta ex supra positis consimilibus ; *ut in magnitudine omnibus superexcellentem*, non quantitativa magnitudine sed infinitate potentie, sapientie et bonitatis et omnium de eo consimiliter dicibilium ; *et ut in aura subtili ;* aura subtilis vix sensibus est comprehensibilis velocissime aufugiens, et nescitur unde venit aut quo secedit, per quod significatur Dei incomprehensibilitas et mobilitas, de qua dicitur quod sapientia est omnibus mobilibus mobilior, et fuga qua dilectus assimilatur capree hinnuloque cervorum super montes aromatum, et quod ubi vult spirat

et nescitur unde veniat aut quo vadat ; propter hoc igitur dicitur esse in aura subtili.

77. Dicitur quoque esse in omnibus creaturis, ut causa in causato et ut supportans et sustinens et motor in moto, ut homo in sua veste et ut digitus in anulo, et ut gubernator et rector, in navi nauta. Unde sequitur : *et quidem in intellectibus*, angelicis videlicet, *ipsum esse aiunt et in animabus et in corporibus*, animatis videlicet, *et in celo corporum* videlicet supremo, *et in terra* que corporum est infima, et per hec duo extrema insinuatur intermediorum mundum cum hiis componentium. Et non ita est in hiis quod nunc in hoc nunc in illo, ut[13] pars eius in hoc et pars in illo, sed unus et idem totus et simul in hoc et in illo. Unde subiungit : *et simul eumdem in eodem*, hoc est in totali sua identitate, in hoc videlicet et in illo, et ab hoc modo[14] essendi in universis creaturis singulis et in[15] omnibus totaliter et simul, quarum congregatio dicitur mundus, laudant ipsum *mundanum*, seu, si latine diceretur, *inmundanum* (E)[16] et a circumspectione et protectione omnium *circummundanum*, et a superexcellentia ad omnia *supermundanum*, et a superexcellentia spirituali ad celestes substantias *supercelestem*, *supersubstantialem*.

78. Nominant quoque ipsum et laudant nominibus corporalium sensibilium nobilium et ignobilium. Unde subiungit : *solem*, *stellam*, *ignem*, *aquam*, *spiritum*, *rosis nubem*, *per se lapidem et petram*, *omnia entia et nullum entium* secundum quas autem distinctiones et proprietates septem corporalia hic nominata symbolice[17] significant Deum ; quia hoc nimis esset hic prolixum, et quia alias de quibusdam horum satis dixit auctor et nos pro modicitate nostra, ut potuimus, exposuimus, et quia hic non inducuntur nisi, exempli gratia, hic dicere supersedemus.

79. Et sciendum quod hec nomina *bonum* et *pulchrum* et que sequuntur concretive dicta sunt in greco masculine et adiective posita, adiecta ei quod diximus *omnium causam* posito in greco masculine. Quod enim nos transferrimus in *causam*, quandoque ponitur in greco substantive feminine, ut *ailia*, quandoque vero adiective, ut *ailios* et *ailion*. Unde si bonum et pulchrum et que sequuntur adicerentur in feminino ad omnium causam non inconvenienter fieret.

80. Posset quoque forte quis assignare rationem ordinis nominum hic positorum de Deo dictorum, utpote quod primo dicitur ens, quia ante hanc nominationem generaliter omnia continentem non potest esse altera prior, licet ob specialem rationem prius laudet deitatem inferius

(13) et.
(14) mundo.
(15) *om.* in.
(16) *om.* seu... immundanum.
(17) *om.* symbolice.

per nominationem boni quam per nominationem entis. Huius prima divisio : ens in altero et ens non in altero. Ens autem in altero[18] nullo modo convenit Deo. Unde ens dictum de Deo necessario suscipit hanc differentiam : non in altero. Ens non in altero autem prima divisione dividitur in corpus et non corpus. Corpus autem non convenit Deo ; ens autem non in altero, non corpus, necessario est vita. Unde post ens dictum de Deo immediate sequitur vita. Vita autem omnis aut cognoscitiva, aut non[19] cognoscitiva ; cognoscitiva autem lux spiritualis est : vite autem de Deo dicte non coniungitur non cognoscitiva. Vite igitur de Deo dicte necessario adiungitur lux, seu lumen. Cognoscitivum autem aut actu semper cognoscit, aut non, et si actu, semper cognoscit, aut omnia semper, aut non omnia. Cognoscitivo autem de Deo dicto necessario immediate adiungitur actu cognitio et semper actu cognitio[20] et omnium semper actualis cognitio. Unde enim deus dicatur a *theos* et illud a *theoo*, quod est *video*, congrue post ens, vitam, lumen, dicta de prima essentia, immediate sequitur deus, quasi actualis sempiterna omnium visio que non aliter videt omnia quam videndo se ipsam et omnia in se ipsa. Hec itaque visio est omnino coequata viso et ita necessario ipsa est veritas. Congruo igitur et necessario ordine ponuntur he nominationes divine : qui sum seu ens, vita, lumen, Deus, veritas.

81. Posset quoque forte aliquo consimili modo assignari ordo nominum ex beneficis processibus ad creaturas Deum laudantium, utpote quod eius primus beneficus processus est[21] a non esse in esse adductio, et hec est causatio et creatio. Secundus est quod omnia ordinat ad actus naturales unicuique directissime convenientes. Unde et bona sunt. Et ideo post causam, bene sequitur immediate bonum, sicut ait eloquium : vidit Deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Tertius processus est quod omnia in suis naturalibus[22] actibus non errantia fecit[23] ad invicem concordia, et ita ad bonum immediate sequitur pulchrum. Ex bono autem et pulchro universi necessario sequitur infinita sapientia artificis. In ordine igitur non essendi sed nostre cognitionis ad bonum et pulchrum convenienter coniungitur sapiens. Vel, secundum ordinem beneficorum processuum, post adductionem in bonum et pulchrum naturale continuo sequitur gratuita infusio sapientie que gratuitos facit dilectores, et ita sapienti bene subiungitur dilectus.

82. Si quis autem hoc modo vel meliori, subtiliori et sapientiori nominum hic positorum hic assignaverit ordinis rationem, ei in Domino

(18) *om.* ens... altero.
(19) *om.* aut non.
(20) *om.* et... cognitio.
(21) *om.* est.
(22) materialibus.
(23) facit.

congaudemus et ducentem libenter sequimur. Labor enim iste vires[24] excedit nostre imbecillitatis. Ordinabiliter autem primo dixit thearchiam innominabilem et super omne nomen, eam sic admirabiliter nominando. Deinde attribuit ei nomina in abstractione ab omnibus et superexcellentia ad omnia ipsum laudantia, et deinde nomina a beneficis eius processibus directa predicatione de Deo[25] dicta, et deinde oblique et velut / circumstantialiter ei attributa. Et tandem nomina visibilium et sensibilium usque ad infima[26] proprie significativa, symbolice autem ipsam thearchiam significantia in exemplificationem quod laudatur ex omnium nomine.

[*11e section*]

83. *Sic igitur omnium cause ... laudatur et nominatur.* Ex premissis rationibus et exemplificationibus infert et recapitulat in summa que predicta sunt, dicens : *sic igitur*, hoc est secundum predictas rationes et exemplificationes *conveniet omnium cause et existenti super omnia et innominatum*, id est dici innominatum, propter existere videlicet super omnia et super omnem comprehensionem et omnem enarrationem, et *omnia entium nomina* convenient thearchie, supple, propter ipsam existere omnium causam, *ut certe sit omnium regnum*, hoc est ut certe agnoscatur quod ipsa est omnium supereminentia, omnium creatrix, conservatrix, gubernatrix, consummatrix, inexpugnabilis protectio et defensio, rectissima et discretissima[1] iudicatio, et unicuique secundum opera sua premii vel pene equissima redditio, que simul iuncta sunt verissime optime regnationis perfectio, *et circa ipsam sint omnia*, per ipsius videlicet appetitum, ut supra tactum est.

84. *Et dependentia ab ipsa ut causa*, efficiente videlicet et in esse videlicet[2] ex nihilo adducente, *ut principio* in esse conservante, *ut termino* finali videlicet ad quem revocantur et consummantur secundum suas susceptibilitates universa, *et ipsa secundum eloquium sit omnia in omnibus*, utpote in existentibus existentia, in viventibus vita, in intelligentibus intelligentia et sic de ceteris, ut plenius in hiis que ante huius libri expositionem tetigimus. *Et vere laudetur omnium subsistentia* seu hypostasis *principiativa*, vel secundum aliud exemplar principaliter ductiva, *et perfectiva, et custodia contentiva*, ne videlicet aliquod entium a suo bene esse oberret[3] et in defectum et corruptionem utriusque esse decidat,

(24) viros.
(25) eo.
(26) infinita.
(1) districtissima.
(2) *om.* videlicet.
(3) ab erret.

et convivatorium, id est domus convivii in qua est habitatio sicut letantium omnium unoquoque inhabitantium[4] naturaliter et ordinate appetitu iocunde in ea refecto[5] et satiato ; aliqui pro convivatorium transferunt *pastio* (E) quod idem est in sensu. *Et ad seipsam conversiva ;* per delicias enim predicti convivatorii et pastionis ab omnibus naturaliter appetitas omnia ad se convertit.

85. *Et hec*, id est convivatorium et ad se ipsam conversiva omnium et omnia in omnibus, est supple, *unite, inhabite, segregate.* Unite quidem, hoc est a sua unitate per omnium in se inhabitationem, per hoc quod ipsa est omnia in omnibus nequaquam recedendo, inhabite, quia licet omnia in ipsa et ipsa in omnibus, non habetur velut contentum a continente localiter et circumscriptive, nec ut habitus et dispositio vel alia quedam qualitas, nec ut magnitudo, vel ut continens habetur a contento ut vestis vel arma, neque ut pars, neque ut possessio, licet inveniatur in Scriptura quod ipsa est pars et possessio bonorum et armatura et ornatus ; *segregate*, quia, licet ipsa sit omnia in omnibus et omnia in illa, segregata tamen est essentialiter ab omnibus, per hoc igitur non partitur, vel multiplicatur, nec aliquo consueto habendi modo habetur, sed superexcellenter ab omnibus segregatur. Et bene laudatur ut predicta predictis nominationibus et ut omnia in omnibus. *Non enim solum est causa continentie, vel vite, vel perfectionis ut a sola hac vel altera providentia nominatur supernominabilis bonitas.*

86. *Omnia autem entia preaccepit simpliciter et incircumscripte* seu incircumdeterminate *perfectissimis bonitatibus providentie· ipsius unius et omnium cause. Et ex entibus omnibus convenienter laudatur et nominatur.* Ipsa enim thearchie eternaliter in se prehabet omnia in eternis omnium rationibus in quibus omnia sunt vita et hee sunt providentia una et eadem et providentia una ipsius thearchie et providentia omnium causa seu omnium causativa, seu, si latine diceretur unico verbo composito, ut est in greco, omnium[6] creativa perfectissimis bonitatibus et omnia causans. Et ideo convenienter laudatur ex[7] omnibus entibus ut[8] ex causatis vestigiis speculis, imaginibus, litteris, eam insinuantibus.

[*12e section*]

87. *Et igitur non ... secundum potentiam dicemus.* Ostenso quod et cur ex omni nomine et omnibus entibus laudatur thearchia, adicit auctor quod, non solum ex hiis laudatur, sed etiam a divinis appari-

(4) per habitum.
(5) refectio.
(6) omni.
(7) ab *in marg.*
(8) et.

tionibus que facte sunt sanctis theologis ut Isaie et Ezechieli et aliis, in diversis locis et variis formis et figuris secundum variarum exigentiam causarum reverenter et excellenter glorificatur. Subdit itaque : *et igitur non has solas*, predictas videlicet et eis consimiles *deinominationes*[1] *venerantur theologi*, que divine nominationes videlicet, nominant thearchiam *a perfectis* seu omnino perfectis, vel, sicut habet aliud exemplar (E), *ab omnibus*, hoc est a generalibus omnia continentibus *vel particularibus providentiis*, *vel preintellectis*, hoc est prescitis futuris *sed* et *est quando nominant superappetibilem et supernominabilem*, hoc est super apparitionem et nominationem existentem *bonitatem a quibusdam divinis apparitionibus*, in formis videlicet et figuris variis factis *in sacris templis*, *vel alibi*, *secundum alias et alias et causas et virtutes*, apparitionibus dico *magistros vel prophetas*, *illuminantibus et circumponunt* ipsi bonitati videlicet supernominabili, *formas et figuras humanas vel igneas vel electrinas et oculos ipsius et aures et cincinnos*, hoc est connexos crines, *et facies et manus et spinas et alas et brachia et posteriora et pedes laudant ; coronasque et sedes et calices et crateras ipsi et alia quedam mystica circumformant*[2] *de quibus in symbolica theologia secundum potentiam dicemus.* In hoc itaque libro quem pollicetur[3] se scripturum exprimet que Dei proprietates per quas definitiones et proprietates hic dictorum corporalium sensibilium significantur de quorum plurium hic nominatorum proprietatibus diximus in expositione ultimi capituli celestis hierarchie que de facili adaptari possunt in symbolicas significationes divinarum proprietatum.

[*13e section*]

88. *Nunc autem que ... ab ore meo.* Manifestato iam ex predictis in hoc capitulo que sit huius libri intentio et que de divinis nominibus traditio, consummans capitulum dicit quod que dicturus est in subsequentibus huius libri ex eloquiis congregabit et dictis in eis utetur pro regula, et sic procedet de cetero ad reserationem divinorum nominum ut intelligantur per ea non que in consuetudinali sermone significant sed superiores theorie sanctis speculabiles et ab exsecratis et deirsoribus occultande ; ait itaque : *nunc autem quecumque sunt presenti negotii congregantes ex eloquiis et utentes dictis* in eloquiis videlicet *quemadmodum quadam regula*, *et inspicientes*, seu intendentes *ad ipsa* dicta in eloquiis videlicet *procedamus ad reseratione divinorum nominum*, seu divinarum nominationum (S) *intelligibilium*, id est prima et consuetudinali significatione, non significativa corporalia, sed intelligibilia ; non enim hic reserat talia nomina sumpta in signifi-

(1) denominationes.
(2) circumformans.
(3) pollicemur.

cationem Dei : ignis, panis, petra, lapis, et vermis et similia, sed hoc faciet consequenter post hunc librum in symbolica theologia, et *inspiciamus*, *proprie dicere*, hoc est ut proprie dicamus, *theorias deiformes*, hoc est Deum, ut possibile, manifestativas, *mente deivisiva*, seu deivida, hoc est mente pura et munda, quia mundicordes Deum videbunt.

89. *Quod* inspicere, scilicet, deiformes theorias, deivida mente *induxit*, seu subinduxit, seu subenarravit[1] *nobis lex hierarchica*, id est divina Scriptura, que hierarchicarum est substantia et *semper* ab eis est contemplanda *secundum omnem theologiam;* passim enim sacra Scriptura[2] hoc pro lege statuit. *Et apponamus sacras aures*[3] hoc est ad divina omnino intentas, *reserationibus sacrarum deinominationum*[4], nos dico *collocantes*, seu firmantes[5] *sancta sanctis secundum divinam traditionem* iubentem sancta non dari canibus[6] *et segregantes*, seu auferentes (E, S) *ipsa*, sancta videlicet, *ab indoctis derisoribus et delusoribus*, sanctorum videlicet *magis autem redimentes*, seu liberantes (H, S) *ipsos illos* derisores videlicet et delusores, *siquidem totaliter sunt tales quidam homines*, hoc est si totaliter sunt derisores et delusores sanctorum propter indisciplinationem, redimentes dico *ab ea Dei impugnatione que ad hoc*, seu in hoc (E), hoc est in deridere et deludere sancta. Magis enim sanctum per sanctam doctrinam erroneos ab errore eripere et sic ad sancta admittere quam dimissos erroneos[7] a sanctis segregare ; quos tamen in errore pertinaces omnino est segregandum.

90. Hec itaque, sancta scilicet sanctis collocare et a derisoribus segregare et eos per doctrinam ab errore pro posse eripere, iubet Timotheum facere, subdens : *tibi quidem igitur hec custodire utile*, seu oportunum[8] *o bone Timothee*, *secundum sacratissimam inductionem*, seu enarrationem (H) *sanctorum*, videlicet theologorum, *et neque dicibilia neque extralata facere divina ad indoctos*, hoc est non facere divina[9] manifesta indoctis, sive per dicta, sive per ostensionem exterius ad visum. Quia autem sanctissima sunt et profundissima et reverentissime et divinissime tractanda de quibus intendit, proponit orationem ad Deum, invocans eius adiutorium, dicens : *mihi autem donet Deus laudare deodecenter*, id est ut decet Deum et divina, *laudare multas nominationes* seu multivocationes *beneficas*, id est beneficos processus signantes, *invocabilis et innominabilis*

(1) superenarravit.
(2) *om.* Scriptura.
(3) auras.
(4) denominationum.
(5) *om.* seu firmantes.
(6) canonibus.
(7) errones.
(8) optimum.
(9) *om.* ad indoctos... divina.

deitatis et non auferrat verbum veritatis ab ore meo: deinominatio[10] autem et deiimpugnatio sunt singula nomina composita in greco.

Appendice 2

En interprétant ainsi la notion de *theophania visibilis* Robert Grossetête dépasse-t-il ce que suggère la glose de Maxime qu'on peut lire dans la marge de son propre commentaire dionysien Paris Bibl. Nation. 1620 fol. 4c et où il est dit que le corps divin du Christ est théophanie visible? On y lit également l'expression *animata caro* qui pourrait l'avoir inspiré. Je note cependant que Robert parle de l'humanité glorifiée du Christ, ce dont la glose ne dit mot. Voici cette glose : si igitur quoniam et divinum ipsius corpus visibilem theophaniam ait, ut secundum idem congruere quod dicitur et adversus Nestorianos et Acephalos et suspicantes non esse et nunc fore cum carne Dominum, et quoniam eadem quidem est ipsius visibilis theophania quod est animata caro, intelligibilis autem quae secundum intellectum erit nobis participabilis tunc perfectius. Cette même glose se lit dans le manuscrit du Vatican.

Il y a donc chez Robert Grossetête une conception christologique de la vision béatifique. Dieu est vu dans l'humanité glorifiée du Christ. Le sens des paroles de Robert dépend pour une grande part de ce qu'il entend par la glorification du Christ et de ce qu'elle rendit visible de Dieu dans le Christ glorifié à la vue de ses disciples. Mais cette signification dépend également de ce qu'imagine Robert des transformations qu'apporte aux sens l'état de résurrection. A cet égard, on peut se demander si Robert connaît ce texte d'Alcher de Clairvaux : « ... Deus ignis et lux est. Lux ergo splendorem emittens ex se, quem retinet in se, illuminat intelligentiam ad cognitionem veritatis. Ignis vero calorem de se emittens, sed non amittens, inflammat affectum ad amorem virtutis. Et sicut solem non videt oculus nisi in lumine solis ; sic verum ac divinum lumen non poterit intelligentia videre nisi in ipsius lumine. Domine, inquit propheta, in lumine tuo videbimus lumen. Cum enim mortale hoc induerit immortalitatem, et corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, tunc mente pariter et corpore spirituales effecti, secundum modulum nostrum per mentis illuminationem omnia sciemus, et per corporis incorruptibilis levitatem ubique esse poterimus. Volabimus mente per contemplationem, volabimus et corpore per incorruptionem. Discernemus mente, discernemus et corpore, cum sensus nostri corporei vertentur in rationem, ratio in intellectum, intellectus in intelligentiam, intelligentia in Deum mutabitur. Sensu visibilia percipiuntur, in imaginatione continentur

(10) denominatio.

visibilium imagines et similitudines, ad rationem pertinent visibilium rationes et definitiones et invisibilium investigationes, ad intellectum et intelligentiam spectant spiritualium et divinorum comprehensiones et contemplationes ». (*De Spiritu et anima*, P. L. t. 40, col. 788).

Afin de projeter quelque lumière sur la conception christologique médiévale de la vision de Dieu, je crois intéressant de noter la façon dont certains commentateurs de Denys réagirent devant l'expression *theophania visibilis*.

Thomas Gallus écrit en 1238 dans son *Extractio:* « Quando autem erimus immortales et incorruptibiles et per veram beatitudinem Christo conformabimur, semper cum Deo erimus, satiati cum apparuerit gloria sua, quando castissimis contemplationibus et manifestissimis splendoribus proprie sue speciei irradiaverit nos et circumfulserit ; quorum splendorum fulgor designatur in lumine quo perfusi sunt Apostoli in Domini transfiguratione. Et tunc participabimus intelligibili luminis datione ipsius, mente iam impassibili per gloriam, et tam natura quam exercitio immateriali, et etiam unitione que est super mentem in ignotis et beatis immissionibus superclarorum sapientie radiorum ; per quam unitionem divinius imitabimur celestes angelos, siquidem equales angelis erimus quando erimus filii Dei et filii resurrectionis. » (Dion. I. 674, 29-675, 31).

Thomas Gallus écrit encore en 1242 dans son *Explanatio* « *Tunc autem* in patria, *quando incorruptibiles et immortales erimus*, ut glorificati immunes omnino sumus a culpa et a pena. Cor. XV, 53 : Oportet corruptibile hoc, *et consequemur*, alia translatio : *quiete beatissima*, *terminationem Christiformem*, id est consummatam beatitudinem nos Christo conformantem, Phil. III, 21, qui reformabit corpus humilitatis nostre, etc. *Semper cum Domino erimus*, I Cor. XV, 53 oportet corruptibile hoc, etc. nos crimus cum Deo in celo et ipse nobiscum est in terra quasi in nostro. Math. XXVIII, 18 : *visibili quidem*, id est manifesta et oculis glorificativa clare contemplantur, *adimpleti*, plene profusi, *ipsius Dei apparitione*, id est Christi Dei in gloria sua corporali, de qua hoc videtur intelligendum, propter similitudinem quam inducit de gloria Transfigurationis. Si autem de divinitatis contemplatione comprehensiva intelligitur visibilis Dei apparitio intelligenda est clara et manifesta per speciem que tunc summe utique visibilis fit oculis mentis *castis contemplationibus*, que in solos Sponsi amplexus tota virtute inflexibiliter et irremissibiliter feruntur. *Dei apparitione* dico, *manifestissimis splendoribus refulgente circa nos*, id est non solum nos plenissime replentes sed superabundanter nos quasi absorbante, non nature destructionem, sed ad plenam eius consummationem, sicut copiosa et clara luce refulsit Dei apparitio corporali claritate, *circa discipulos in illa divinissima Transfiguratione*, id est corpori divino congruissima, quamvis lux eterna improportionnabiliter omnem corpoream excedat, quantum tamen ad mortalium considerationem ea utrumque designari potest. *Intelligibili etiam*, ex

hac additione videtur quod, sicut dictum est, intelligendum sit de glorificati corporis Christi claritate, et preter corporalem eius gloriam qua perfundemur, erimus *participantes intelligibili luminis datione ipsius* quoad claram contemplationem stole anime eius et ipsius deitatis, et hoc dupliciter, scilicet et mente et unitione que est super mentem. Unde ait : *in mente impassibili*, per stolam suam, *immateriali* per naturam etiam glorificatam, *et unitione* que est *super mentem* capiente divina altius quam mens, quia unit animam plenitudini toti desiderabili et nulla proportione intelligibili. Habet enim ipsa unitio experientiam superintellectualem et in via et in patria. *Ignotis* quia superintellectualibus, sicut dicitur in Mystica Theologia I b (Dion. I, 568, 1) ; ignoti consurge etc. *Immissionibus superclarorum radiorum* ad quos, tanquam in infinitum super nos collocatos, non valemus ascendere, sed divina bonitas se quasi deponendo nobis immittit et radios infiniti et incomprehensibilis splendoris speciei sue ingignit, et hoc fiet *imitatione supercelestium mentium* angelorum *in divinior*e, id est in magis nos Deo assimilante, et plenius nos deificante, quam cognitio intellectualis etiam per speciem, *nam* tunc *equales angelis erimus*, Math. XXII, 30 : In resurrectione... sed sunt sicut Angeli Dei. Est autem satis probabile quod aliqui homines erunt aliquibus angelis equales merito et premio, aliqui aliquibus superiores. Luc XX, 36 : equales sunt angelis et filii sunt Dei cum filii sint resurrectionis.

Ni dans l'*Extractio*, ni dans l'*Explanatio*, Thomas Gallus n'utilise l'expression *theophania visibilis*. La *visibilis Dei apparitio* est, soit l'apparition du Christ-Dieu dans sa gloire corporelle, gloire manifeste même pour les yeux *(oculis)*, soit la contemplation compréhensive de la divinité, en ce sens que Dieu est vu d'une façon claire et manifeste, grâce à une *species* qui devient alors visible aux yeux de l'esprit *(oculis mentis)* se livrant à de chastes contemplations. Participant du don intelligible de la lumière du Christ nous contemplerons clairement par l'esprit *(mente)* et par l'union qui dépasse l'esprit *(unione que est super mentem)* la « robe » de son âme et sa déité. Le Dieu ici atteint est plus manifestement que dans l'*Extractio* le Christ lui-même. On aura remarqué que dans l'*Extractio* et dans l'*Explanatio*, Thomas Gallus se sert du terme *species*. Selon toute vraisemblance, ce terme traduit l'idée que l'essence divine nous est devenue visible du fait qu'elle existe en chacun de nous par la gloire. Si cette interprétation est exacte, *per speciem* s'opposerait peut-être à *per se* et *per similitudinem*. Dans sa *Glossa in I Sent., dist. 1* (Quaracchi 1951, p. 16, n° 18), Alexandre de Halès écrivait vers 1223-1227 : ...Tripliciter est videre essentiam : per se, per speciem, per similitudinem. Primo modo videt solum Deus essentiam divinam ; est enim lux inaccessibilis. Lux autem dupliciter sumi potest : ut est in aere, vel ut est in sole. Ut est in sole, invisibilis est, ut est in aere, pati potest oculus eius aspectum. Sic divina essentia in se est invisibilis ; ut autem in unoquoque nostrum per gloriam est, sic est visibilis, et hoc appellatur

species. D'autre part, Robert Grossetête ne distingue pas, comme Thomas Gallus dans l'*Explanatio*, les yeux du corps et les yeux de l'esprit.

Le Pseudo Pierre d'Espagne dans son Commentaire inédit (1244-1250), qui dépend beaucoup de l'*Extractio* de Thomas Gallus, n'emploie pas l'expression *theophania visibilis ;* soupçonne-t-il l'existence d'un problème ou refuse-t-il de l'envisager? « *Tunc autem quando incorruptibiles* etc., usque ad illud : *nunc autem*, etc. Talis est sensus : Post resurrectionem, quando veram induerimus incorruptibilitatem et immortalitatem in corpore, et per veram beatitudinem claritati corporis Christi conformabimur, iuxta beati Pauli sententiam ad Thessalonicenses, I Thess. IV, 17, semper cum Domino erimus satiati cum oculata fide videbimus gloriam eius purissimis mentis contemplationibus, clarissimis intra nos et circa nos refulgentem splendoribus, quasi dicat, in Dei visione erit castitas sive puritas ex parte videntium, et aperta claritas ex parte radiorum refulgentium et talium splendorum fulgor significatur in lumine quo perfusi sunt Apostoli in Domini Transfiguratione. Et tunc mente facta impassibili et immateriali, quia scilicet erit corpori glorificato unita, participabimus intelligibili luminis donatione, quia omnia videbimus, et divina unitione, quia Deo coniuncti inseparabiliter erimus. Hec autem luminis donatio et super mentem unitio fiet per ignotas, quoad plenam intelligentiam, et beatas immissiones, quoad principalem influentiam divine sapientie supersplendentium radiorum, per quam participationem divinius imitabimur celestes spiritus. Siquidem equale erit et premium iustorum et angelorum qnuado erimus veri filii Dei per resurrectionem in Deum regenerati existentes, quasi dicat cum stolam immortalitatis induerimus, tunc semper presentes Deo erimus. Ipsum repurgatis mentis oculis perspicientes cum ineffabilibus splendoribus refulgentem et quia mens nostra erit impassibilis in affectionibus et immaterialis in cogitationibus ; ideo lumine cognitionis et unitione divine delectationis participabimus et hoc mediantibus ignotis et beatis infusionibus supersplendentium radiorum divine sapientie. Nota quod celestes immissiones sive infusiones dantur ignote, quia, cum sint infinite, non plene capiuntur, et dantur beate, quia a principali fonte procedunt, qui est causa omnis beatitudinis. Quanto autem sancti in celo fient in maiori bonorum participatione, tanto erunt in maiori et diviniore angelorum imitatione. Nam qui plus ibi accepit, plus fit angelis similior, ac per hoc magis angelum imitatur, quia altius in Deum elevatur, nec est absurdum hominem angeli esse imitatorem, cum dicat Scriptura quod equales erimus angelis, scilicet in premio, qui equales extitimur in merito. Hec autem adequatio tunc fiet, quando facta fuerit per resurrectionem regeneratio, per quam adipiscitur vera Dei filiatio. Munich 7983 fol. 74v°.

Albert le Grand dans son Commentaire des Noms divins (1248-1252) c. 1 Paris Mazarine 873 fol. 108c distingue à l'occasion de la vision

de Dieu par les yeux du corps la nature humaine du Christ et sa personnalité divine. Seule la nature est vue sensiblement. « *Tunc autem quando incorruptibiles.* Hic ponit modum quo accipiemus divina in patria. Et primo qualiter oculis corporeis, secundo qualiter oculis mentis, ibi : *intelligibili autem...* Dicit ergo primo quod in futuro post resurrectionem, quando perveniemus ad finem incorruptionis, sicut et Christus pervenit, semper erimus cum ipso et corporaliter eum videbimus, splendore eius circumdante nos sicut et discipuli eum viderunt in Transfiguratione. Dionysius loquitur, hic de exteriori visu, sed cum dicitur quod Deus videbitur oculis corporeis, hoc nomen Deus non prestat nisi suppositum et non naturam. Christus enim qui est verus Deus, videbitur oculis corporeis ; non secundum naturam divinam, sed secundum humanam. »

Vraisemblablement, s. Albert qui travaillait à partir d'une source dionysienne analogue à celle qui se trouve dans le manuscrit Paris Bibl. nat. lat. 1619, avait sous les yeux une glose de Maxime ainsi rédigée : « Notandum autem quia et divinum corpus eius visibilem ait theophaniam ita ut per id aptetur dictum contra Nestorianos et Acephalos et eos qui dicunt non esse sed venturum fore cum carne Dominum ut Manichei et Origeniste. Et quia quedam visibilis quidem eius theophania, id est, Dei apparitio, sive divina manifestatio, est quod est animata caro, intelligibilis autem que secundum sensum est comparticeps nobis erit tunc iam perfectis ». (Paris Bibl. nat. lat. 1619, col. 761).

J'ai rappelé plus haut le texte d'Alcher de Clairvaux. L'usage qu'en fait Albert le Grand dans son Commentaire des Sentences (I *Sent. dist.* 1, *art.* 23 ; Borgnet, 25, p. 51) montre qu'il ne reconnaissait en 1245 au sens comme tel aucune possibilité d'appréhender autre chose que du corporel. Il se demande si dans la patrie nous jouirons de Dieu par toutes les puissances de l'âme. Deux raisons s'opposent à une réponse affirmative : « Incidit hic dubium difficile de hoc quod dicit : Inter eas quidem quibus utendum est, etc. Videtur enim ex hoc quod potentiis naturalibus fruamur, id est, per ipsas : et queritur utrum per omnes, aut per quasdam? Et videtur quod per quasdam ex predictis. Sed contra. Joan X, 9 : Per me si quis introierit, etc. Augustinus : Pascua inveniet egrediens foras in Salvatoris humanitate, intus in Salvatoris divinitate : et sensus est qui pascitur in humanitate : ergo sensus fruentur, quia pasci visione hac est frui. Idem videtur accipi ex libro de Spiritu et anima, ubi dicitur, quod sensus vertetur in rationem, et ratio in intellectum, et ille fruetur Deo. ... Solutio. Actus proprie personarum et individuorum est, potentie autem secundum naturam : unde si fiat vis, tunc sancti fruentur, sed secundum potentias anime que dicte sunt supra. Est autem duplex via : una est a sensibili in imaginationem et phantasiam, et ab illis ad rationem et intellectum, que est via abstractionis veri. Alia est via superiorum potentiarum ad inferiores : sicut ratio in quibusdam extendit se movendo imaginationem, et imaginatio sensum communem, ut accidit in somnio,

et quandoque etiam solvit organa particularia ad aliquid, ut in his qui in somnis agunt opera vigilie. Ita dico sine preiudicio quod per redundantiam dulcedinis divine ab intellectu descendet pastura fruitionis in imaginationem, et sensum : ita tamen, quod sensus non amittat naturam suam qui non apprehendit nisi corporale. Et per hoc patet solutio ad primum : quia sensus non accipit divinitatem in carne Salvatoris, sed corpus tantum : et dulcedo est per redundantiam a ratione. Ad aliud dicendum, quod cum dicitur : sensus vertetur in rationem, glossandum est : convertetur ad rationem, et ab ipsa accipiet fruitionem, secundum quod ipsa est inflexa super ipsum ministrando ei dulcedinem : tamen ille liber non est Augustini, sed quidam Cisterciensis fecit eum, et multa falsa sunt in eo ».

L'explication de s. Albert rejoint substantiellement celle d'Alexandre de Halès (*loc. cit.*, nº 35) qui répond ainsi à une objection inspirée par le texte d'Alcher : « Queritur autem qua vi est fruendum, et quo actu, et an per omnes virtutes sit fruitio in patria. Ad primam questionem dicit Augustinus, libro de Anima et Spiritu : sensus interior reficitur in contemplatione divinitatis, exterior in contemplatione humanitatis. Ergo secundum vim sensibilem est frui, ut dictum est supra quod pecora fruuntur cibis... Respondeo : licet sensus exterior reficiatur, non tamen fruitur simpliciter, quia non in se fruitur sed in ordine ad vim summam. Sicut enim oculus carnalis non potest videre quod humanitas sit Filii Dei, licet videat humanitatem, ita ratio defectum sensus supplet dicendo humanitatem esse Filii Dei. Intellectus autem supplet defectum rationis, intelligentia intellectus, et sic omnes alie fruuntur in intellectiva, que immediate respicit summum bonum et verum. Et hoc est quod dicit Augustinus ; sensus in rationem, rationem in intellectum, intellectum in intelligentiam verti ; et sic quelibet in sua superiori fruetur ».

Saint Bonaventure, en 1250-1252, fait allusion à la thèse relative à la fruition de Dieu par toutes les puissances ; dans cette perspective, chacune d'elle est rémunérée à partir de la raison, plus immédiatement ordonnée à la délectation. (I *Sent. dist.* 1, *art.* 2, *q. unica*).

Saint Thomas d'Aquin dans son Commentaire des Noms divins (1261) (éd. Pera, nº 66-67) explique la théophanie visible par référence à l'humanité du Christ. Par la vertu de sa divinité, le Christ nous donnera une lumière qui nous unira à Dieu même. Dès 1254, dans son Commentaire des Sentences, saint Thomas réservait au seul intellect la fruition proprement dite de Dieu. Il interprétait ainsi le texte d'Alcher qu'il attribuait encore à saint Augustin. « Inferiorum potentiarum non potest esse fruitio proprie dicta : non enim habent operationem circa finem ultimum, quem non apprehendunt, cum sint virtutes materiales : sed sicut nunc intellectus perficitur accipiendo ab inferioribus potentiis, ita erit in patria e converso, quod perfectio et gaudium superioris partis redundabit in inferiores

potentias. Unde Augustinus : sensus vertetur in rationem, inquantum scilicet sua remuneratio et gaudium a ratione emanabit. » (I Sent. dist. 1, q. 1, art. 1, ad 5). Saint Thomas reprenait donc substantiellement l'enseignement de saint Albert. Voir aussi : Saint Thomas, *Somme théologique*, I *q.* 12, *art.* 3.

Francois de Meyronnes, qui suit le texte de l'*Extractio* de Thomas Gallus dans son propre commentaire dionysien (vers 1325), ne parle pas de théophanie visible.

Pour situer ces textes médiévaux dans la tradition grecque on se reportera à l'article de V. Lossky, *Le Problème de la vision face à face et la tradition patristique de Byzance.* (*Studia Patristica*, vol. II. Papers presented to the Second International Conference on Patristic Studies held at Christ Church, Oxford, 1955, Part. II, p. 512-537. Edited by Kurt Aland and F. L. Cross, 1957, Akademic-Verlag, Berlin). On notera en particulier que la perspective de Robert Grossetête sur la théophanie visible n'est pas exactement celle de saint Jean Chrysostome que rappelle celle de Denys. Il est également difficile de voir le rapport entre la glose de Maxime dont s'inspiraient peut-être Robert Grossetête et Albert le Grand et la position de Maxime telle que l'expose V. Lossky, qui d'ailleurs se réfère au texte de la Patrologie grecque, t. 4, col. 197. La glose relative à la théophanie visible se trouve dans la Patrologie grecque, col. 198, C-D. Elle ne comporte pas l'expression *animata caro.*

Appendice 3

Robert Grossetête, *de divinis nominibus c.* 5 (*Dion.* I, 326, 2-327, 3) Paris, Bibl. Nat. lat. 1620, fol. 39bc. Vatican, Chigi A. V. 129 fol. 339 cd.

Et posset aliquis minus sapiens ex his conicere diversitatem substantialem ex parte processuum. Removet hoc auctor dicens : *non autem aiunt*, eloquia videlicet, esse aliud per se bonum et aliud ens et aliud vitam vel sapientiam, omnino enim sunt hec idem ex parte nominati, *neque* aiunt eloquia resume, *multas causas* primas videlicet *et alias deitates* ita videlicet quod has *superexcellentes et has subiectas adductivas in* esse videlicet *aliorum* causatorum scilicet, ut aiunt multi gentiles et heretici, *sed*, aiunt repete, *totos bonos processus et divinas nominationes laudatas a nobis unius Dei, et hanc quidem* nominationem videlicet *esse manifestativam omnino perfecte providentie unius Dei, has autem* nominationes videlicet esse, supple, manifestativas *universaliorum eiusdem* unius videlicet Dei *et particulariorum* providentiarum videlicet. Boni enim nominatio, ut supra tactum est, comprehendit totaliter et manifestat omnes divine providentie processus ad omnes creaturas, queque et simul et

divisim bone sunt et propter Dei bonitatem adducentem in esse ; alie autem nominationes significant divinos processus non ita generaliter sed particularius, inter quas tamen quedam significant universaliores et quedam particuliores nominationes. Nominatio enim vite significat divinum processum in omnia viventia secundum quod viventia, et est nominatio universalior, quia comprehendit et plantas. Nominatio vero sapientie non attingit ad illas, et ideo est nominatio particularior et providentie particularioris.

. . . . . .

Et quidem dicat quis pro quo ente vitam et vita... Quia auctor tangens quasdam divinas nominationes de quibus consequenter post nominationem boni intendit tractare, primo inter eas nominat ens et deinde vitam et tertio sapientiam et ex ordine nominum videtur insinuare ordinem creaturarum in quas proprie extenduntur divini processus significati per ipsas nominationes. In ordine autem creaturarum sunt priores et digniores que Deo proximiores, ut intelligentie. Posset alicui videre quod auctor ex ordine nominum inconvenienter preferret in ordine rerum solum entia viventibus et solum viventia sapientibus, cum e contrario se habeat ordo rerum, quod utentes intelligentia sunt superiores rationalibus et rationales sentientibus et sentientes viventibus et viventes entibus.

Appendice 4

Thomas Gallus, *De divinis nominibus c.* 5, *Dion.* I, 325, 2-327, 3. *Explanatio* Vat. Chapitre de Saint Pierre, D. 181, col. 137a.

Laudat manifeste bonum et ipsius providentiam excedenter bonificam et causam omnium bonorum et laudat Deum vere *existentem et vitam et sapientiam que facit substantiam* communione essentie sue, *et vivificat* omnia viventia communione vite sue, *et est donatrix sapientie* Eccli. 1. 1. : omnis sapientie etc., Iac. 1. 5 : Si quis indiget etc., Sap. 7. 15 : Ipse sapientie dux est et est causa *hiis* que participant *substantia et vita et ratione* et sensu ; ratio quidem et sensus corporeus participatione sunt sapientie. *Non aliud* etc., quia dixit Deum esse substantiam omnes substantias substantificantem, et vitam vivificantem omnia viventia et sapientiam sapientificantem omnia sapientia, ne quis propter hanc distinctionem opinetur aliud esse divinam substantiam quam eius vitam aut sapientiam, sicut alia participatio Dei est esse quam vivere aut sapere, ideo prudentem lectorem suum ab hac errore revocat dicens *sermo noster non dicit aliud esse* in Deo bonum sive bonitatem, *et aliud existens* sive existentia, *et aliud vitam aut sapientiam*, id est non est ex predictis intelligendum

quod hec sint in Deo diversa. Sunt enim adeo simpliciter et universaliter unita vel potius unum ut omnipotens sapientia in eis diversitatem aut pluralitatem non distinguat, *neque multas causas*, quasi bonitas sit causa bonitatum, substantia, alia causa substantiarum, vita, alia causa vitarum etc. aut *alias divinitates esse productivas aliorum*, id est varias esse divinitate, scilicet bonitatem, substantiam, vitam, sapientiam, quarum quedam producant res, quedam alias, *excedentes et subiectas*, id est ita quod alie producant plura vel sublimiora, alie pauciora vel inferiora, quia esse pluribus est commune quam vivere, vivere quam sentire, et sic deinceps, et sublimius est intelligere quam sentire, vivere quam tantum esse, *sed* dicit sermo tractatus nostri omnes *bonos processus* bonitatis, essentie, vite, sapientie *esse unius* et supersimplicis divinitatis *et* omnes *Dei nominationes a nobis laudatas*, id est ad Dei laudem tractatas et tractandas esse unius divinitatis *et hanc* nominationem *esse perfecte manifestativam providentie unius Dei*, in quo est plenitudo bonitatis, essentie, vite et sapientie, *quasdam* providentias vel participationes providentie *universaliorum*, ut bonitatis, essentie, et magis *particulariorum*, id est minus communium, ut vite, sensus, rationis, *eiusdem* simplicis divinitatis.

Appendice 5

Pierre d'Espagne, De divinibus nominibus, c. 5 (*Dion.* I, 321, 2-327, 3) Munich Lat. 7983 fol. 103 bd.

Transeundum autem etc... usque ad illud : *et quidem etc...* Talis est sensus. Modo convenit nos transitum facere ad laudandum nomina divina que vera sunt et de vero dicuntur. Illud autem solum laudare intendimus quod est nostre intentionis, videlicet laudare Deum secundum quod dicitur ens vel existens, non secundum quod supersubstantialem habet substantiam vel secundum quod est supersubstantialis. Hoc enim ineffabile est, quia nullo modo dicitur, et ignotum, quia nullo modo comprehenditur et penitus non est manifestabile, quia nec intelligitur. Et excedit ipsam unionem, id est intellectualem cognitionem. Sed intendit laudare processum divine essentie principale qui dat esse rebus. Deus enim ideo nominatione boni appellatur vel dicitur bonus, quia manifestat omnes modos quibus causa omnium, id est, ipse Deus procedit ad creaturas, quibus scilicet extenditur per communionem ad omnia existentia et non existentia, id est ad visibilia et invisibilia, et est super utraque omnia, quasi dicat Deus laudatur ut bonus ratione processionis vel provisionis quam facit omnibus creaturis. Item ratione manifestationis ipsius processus, ut scilicet ex manifestatione divina bonitas cognoscatur et cognita laudatur. Item ratione extensionis qua non solum existentibus visibilibus sed etiam invisibilibus existentibus providet secundum quod unumquodque indiget.

Omnibus autem superior est et omnibus supponitur non solum ratione donationis sed ratione provisionis et custoditionis, ut scilicet provisio Dei non tantum sit ad supplendum indigentiam quod fit per bonitatem sed etiam ad generalem universitatis custodiam quod fit per potestatem vel divinam maiestatem. Nota ergo ordinem divine bonitatis : primo enim procedit ad sui communionem faciendam, secundo communionem manifestat ad sui laudationem vel cognitionem excitandam, tertio se extendit ad communionem multiplicandam, quarto omnibus supervolitat ad providentiam in omnibus gubernandam. *Vita* autem divine bonitati attribuitur, quoniam participatione sui ad omnia viventia extenditur, tribuens eis sensum et motum. Et super viventia est, quia causa vite est. *Sapientia* similiter nomen divine bonitati attribuitur, quoniam extenditur ad omnia intellectualia, id est angelos, et rationalia, id est homines, et sensibilia, id est aliqua animalia, et volatilia que magnam habent industriam, sicut dicit Dominus ad Iob : quis dedit gallo intelligentiam. Similiter de formica et de aliis pluribus, que participant sapientiam non in ratione sapiendi rationabiliter, ut homo, vel intellectualiter, ut angelus, sed in ratione intelligendi sensibiliter, ut patet in cane venatico et raynardo. Et super omnia ista est divina bonitas, omnia sapienter ordinans. Huiusmodi ergo processus divine providentie ad creaturas intendit tractare beatus Dionysius ; non autem promittit enarrare per se substantialem bonitatem et divinam substantiam aut vitam, aut sapientiam Dei per se videlicet supersubstantialis deitatis. Hec enim sapientia est super bonitatem et deitatem et substantiam et vitam et sapientiam communicabilem. Nam sapientia communicabilis est perscrutabilis, illa vero nullo modo est perscrutabilis, quia abscondita est, sicut dicit Scriptura, ab oculis omnium viventium et super omnem intelligentiam collocata. Intendit autem laudare manifestos processus bonitatis et providentiam que excellenter est benefica et omnium bonorum causa et divinam essentiam que dat esse et vitam que dat vivere et sapientiam que dat sapere et que facit scientiam, id est subsistere materialiter et vivificat sensibiliter et est sapientie donatrix causaliter hiis videlicet que substantia, ut lapides, et vita, ut arbores, et ratione, ut homines, et sensu, ut animalia participant. Nec propter has nominum diversitates credendum est quod ideo aliud sit bonitas, aliud essentia, aliud vita, aliud sapientia in Deo, aut quod sint diverse causalitates aut deitates excedentes et excesse et alie ad alias producant sed unius simplicis essentie esse omnes processus bonitatis et dicta divina nomina et hanc esse manifestativam totius providentie unius Dei, sub hoc vero quasdam esse causas universaliores, quasdam vero inferiores.

Appendice 6

François de Meyronnes, *Opus baccalaurei. Dist.* 9. *Utrum in divinis sit aliquis ordo.* Vatican Vat. lat. 896 fol. 72 a-c.

Circa primam partem prima conclusio est quod in divinis est formaliter ordo, quod probatur quia ubicumque sunt aliqua distincta, aut illa sunt ordinata, aut confusa, per immediata oppositione : ergo, cum in divinis non sit confusio, erit ibi verissimus ordo. Confirmatur per Augustinum super Genesim, qui ponit bonum universi decorem in ordine consistere.

Secunda conclusio est quod in divinis non est ordo accidentalis, sed essentialis quod declaratur sic : quia ordo accidentalis est rebus extrinsecus adveniens qui non ponitur in divinis, cum contingat aliter se habere. Item, ordo accidentalis fundatur in hiis quae sunt eiusdem rationis quae in divinis non distinguuntur.

Tertia conclusio est quod in divinis est ordo nature ad intra, quia omnis passio est posterior natura suo subiecto. In Deo autem salvatur ratio entis cum passionibus. Item omnis relatio est posterior natura suo fundamento ; ibi autem est relatio et fundamentum ; ergo.

Quarta conclusio, quod in divinis est ordo essentialis ad intra quia ibi est hoc ab hoc quantum ad personas, in quo consistit ordo originis. Item, est originans et originatum.

Quinta conclusio, quod in divinis non est ordo durationis ad intra, quia omnia mensurantur eodem instanti eternitatis. Item, ubicumque est posterioritas durationis, ibi est contingentia que omnibus divinis repugnat.

Sexta conclusio, quod in divinis non est ordo situationis ad intra, quia omnia divina sunt ubique simul. Item, omnia consistunt in indivisibili secundum locum, cum Deus sit in qualibet parte loci totus.

Septima conclusio est quod in divinis est ordo rationis ad intra, quia divinus intellectus concipit suam essentiam, sicut obiectum primum et omnia alia ut secundaria.

Octava conclusio, quod in divinis est ordo volitionis ad intra quia primo fruitur sua essentia tanquam obiecto primario et reliquis quasi secundariis.

Nona conclusio est quod in divinis non est ordo perfectionis ad intra quia iste includit imperfectionem in altero extremo. Item iste ordo est secundum quantitatem virtutis, quia non est nisi una in Deo.

Decima conclusio, quod divina essentia est prior natura omnibus attributis, quia licet repugnet sibi esse sine eis ex identitate quam habent reali, non tamen ex sua ratione formali sicut universaliter de subiecto et passione, et tamen passioni quantumcumque realiter differenti repugnat esse sine subiecto.

Undecima, quod divina essentia non est posterior origine omnibus aut aliquibus attributis, quia non originatur ab ipsis, alioquin ante omnem personam esset ibi origo.

Duodecima, quod attributa que se habent per modum quidditatis sunt priora isto ordine originis ipsis attributis se habentibus per modum qualitatis ut entitas et substantia quam intellectus et voluntas, quia illa reducuntur ad primum dicendi per se et ista ad secundum.

Tredecima, quod attributa se habentia per modum quidditatis sunt posteriora divina essentia, quia in divinis ut pariunt est processus a magis principali propter summam perfectionem. Ideo divina essentia qui est principalissima ponitur prima.

Quarta decima, quod attributa se habentia per modum quantitatis precedunt illa que se habent per modum quidditatis quia divina essentia in illo priori quo abstrahit ab omni alia formalitate videtur infinita, necessaria et eterna, cuius signum est quia sola ista attributa dicuntur adiective de ipsa.

Quintadecima, quod ista que se habent per modum quantitatis precedunt illa que se habent per modum qualitatis, quia qualia sunt posteriora quidditatibus et he quidditates quantitatibus.

Sextadecima, quod attributa se habentia per modum negationis ut simplicitas et unitas precedunt omnia positiva, quia, circumscripto omni alio positivo a divina essentia ipsa est per se simplex et una, cum oppositio contradictionis precedat omnem oppositionem.

Septima decima, quod attributa se habentia per modum absolutum precedunt illa que se habent per modum respectum, ut primitatem et activitatem, scientia et sapientia, quia omnia quasi respectiva habent ad extra, omnia autem absoluta, ad intra.

Octava decima, quod attributa pertinentia ad intellectum precedunt illa que pertinent ad voluntatem, quia ista sic sunt ex actibus ordinata ut ex actibus convicinius.

Nona decima, quod illa que pertinent ad habitus sunt priora actibus, sicut passio habitibus, quia actus perfectus non est natus precedere habitum sed sequi, cum perfectior sit actus elicitus a potentia habituata quam a nuda.

Vigesima conclusio, quod attributa precedunt relationes originis que sunt communia omnibus personis et non ipse relationes. In divinis autem est processus a communicabili ad incommunicabile.

Vigesima prima conclusio est quod attributa non precedunt omnes habitudines ordinis, quia in isto priori quo unum attributum precedit reliquum habet ordinem ad divinam essentiam, cum talis ordo innascatur positis terminis et fundamento.

Circa secundam partem sunt alique difficultates dissolvende quarum prima est : qualiter potest esse ordo in divinis sine aliqua imperfectione. Et dicitur quod solus ordo imperfectionis includit in altero extremorum

imperfectionem. Sed contra, quia ubicumque est posterioritas durationis, ibi est imperfectio. Dicitur quod hoc non est secundum se, sed propter concomitantiam ordinis perfectionis, quia omne minus perfectum in quantum tale est perfectione posterius.

Secunda difficultas est : cum inter individua eiusdem nature sit semper ordo accidentalis, qualiter inter divinas personas est ordo essentialis. Et dicitur quod, quia eorum principia constitutiva sunt diversarum rationum, unde quantum ad naturam non sunt essentialiter ordinata. In creaturis autem nunquam formalia constitutiva eiusdem nature differunt quasi specie, sicut in divinis.

Tertia est si inter Deum et creaturam est ordo realis. Et dicitur quod sic. Quia ibi est ordo originis, cum creatura sit a creatore, et ordo perfectionis, quia Deus perfectior, et durationis, quia prior. Sed instatur, quia omnis ordo includit plura signa secundum prius et posterius. Sed Deus non habet prioritatem ad creaturam, cum non referatur ad ipsam. Dico quod ad ordinem subsit prioritas fundamentalis, que talis est quod tale fundamentum haberet respectum prioritatis, si ei non repugnaret ipsum recipere ad extra propter summitatem sue actualitatis.

Quarta est si omnis ordo creature est per comparationem ad Deum. Et dicitur quod quadruplex est ordo. Unus coordinationis in creaturis, quo ipse ad invicem ordinantur, secundum quem ipse sunt in generibus et speciebus. Alius subordinationis, secundum quod in mensura sue perfectionis magis appropinquant ad Deum, et iste est transcendens, sicut relatio creature ad ipsum. Alius est superordinationis, secundum quem divine perfectiones, ut intellectus et voluntas, habent ordinem secundum prius et posterius, ut patuit, ad creaturam. Alius est ordo preordinationis, secundum quem omnia divina ordinantur ad intra, ut patuit. Licet igitur primus ordo non sit per respectum ad Deum, tamen bene secundus, ut per se patet.

Quinta est qualiter in divinis potest esse ordo nature, cum ibi sit unica natura. Et dicitur quod sicut ibi sunt duo principia per modum nature, scilicet intellectus et essentia et tamen unica natura, sic est ibi ordo nature, non pro ordine naturarum sed naturalium perfectionum ; unde non solum in natura sed in naturalibus ordo nature fundatur.

Sexta, si priora secundum naturam sunt semper perfectiora. Et dicitur quod sic, quia continent virtualiter sua posteriora. Sed contra, quia prius natura est natura generis quam natura specifica in qua virtualiter continetur. Ideo dico quod, licet in divinis priora sint quasi perfectiora, non tamen in creaturis, quia ibi est processus oppositus isti, ut patuit.

Septima, si ordinata secundum naturam realiter semper distinguuntur. Et dicitur quod sic, quia semper ibi posterius a priori dependet. Sed contra, quia, secundum istos, genus et differentia non distinguuntur realiter, et tamen sunt naturaliter ordinata. Ideo dico quod subsit distinctio formalis aut modi intrinseci, ut patet in divinis.

Octava, si prius secundum naturam potest fieri sine posteriori. Et dicunt quod sic, quia non dependet ab ipso. Sed contra, quia subiectum sine passione esse non potest, nec fundamentum creatum sine relatione. Ideo dico quod priori secundum naturam non repugnat ex se fieri sine posteriori, id est secundum suam rationem formalem, sed propter identitatem modi intrinseci hoc repugnat in passione et subiecto ; posteriori autem quamtumcumque differat realiter repugnat esse sine primo.

Nona, si ordo originis semper requirit realem distinctionem. Dicitur quod sic, quia ubicumque est emanatio, ibi est realis distinctio ; ubicumque autem est origo, ibi est emanatio et productio. Item, per originem investigat beatus Augustinus, primo de Trinitate, distinctionem realem inter personas.

Decima, si inter Deum et creaturam est ordo originis. Et patet quod inter ista duo extrema est quadruplex ordo, scilicet secundum [quod] est in ratione finis [et] originis, in ratione efficientis et durationis, in ratione necessitatis et contingentis et perfectionis, in ratione mensure et mensurati.

Undecima, qualiter in divinis non est ordo durationis ad intra, cum Filius capiat suam eternitatem a Patre. Et dicitur quod ille non est ordo durationis sed originis que est formaliter in eternitate.

Duodecima, si creatura fuisset producta ab eterno, sic fuisset posterior ipso Deo duratione. Et dicitur quod non, quia durationem infinitam habuisset sicut Deus secundum extensionem, licet non secundum intentionem. Sed qualiter potuisset equari eternitas creata increate eternitati. Dicitur quod extensive bene, sicut infinitum corpus in loco sibi esse adequatum, accipiendo locum pro spatio.

Tertia decima est si inter creaturam et Deum est ordo secundum ubi. Et dicitur quod sic, quia sine aliquo respectu pertinente ad ubi non potest intelligi esse ubique totus. Sed tunc terminus est tantum in creatura habente respectum cuiusdam potentialitatis ad Deum.

Quarta decima, qualiter potest esse in divinis ordo rationis ad intra, cum Deus unica simplici intellectione omnia ad intra concipiat. Et dicitur quod illa intellectio prius terminatur ad essentiam, sicut ad primum obiectum, et secundario ad alia, sicut nos per multos actus intelligimus.

Quinta decima, qualiter potest ibi esse ordo secundum voluntatem, cum ibi sit unica simplicissima omnium volitio. Et dicitur eodem modo quod ista primo terminantur ad divinam essentiam et secundario ad omnia intrinseca et demum ad extra.

Sexta decima, qualiter non ponitur ad intra ordo perfectionis, cum divina essentia contineat virtualiter omnia attributa. Et dicitur quod tantam perfectionem habent attributa sicut essentia, cum habeant tantam infinitatem ; dicuntur tamen in divina essentia virtualiter contineri solum, quia ab ipsa pullulant tanquam passiones ; inter essen-

tiam autem et relationem non est ordo iste, quia semper ordo perfectionis presupponit perfectionem aliquam in utroque extremo.

Septima decima, qualiter divina essentia potest precedere rationem entitatis secundam naturam, cum rationi entis non repugnet esse sine divina essentia, sed e converso. Et dicitur quod in divinis est ordo oppositus nature, ideo ratio specifica semper ibi prior, quia prius intenta ; unde rationi formali divine essentie non repugnat realiter esse sine entitate si ab ea differret realiter ; entitati autem quantumcumque differenti repugnat esse sine deitate in universo. Et ita dicitur [de] substantia per comparationem ad ens et de spiritu per comparationem ad substantiam.

Octava decima, qualiter Doctor noster ponit prioritatem originis inter divinam essentiam et attributa, cum non sit ibi origo. Et dicitur quod forsitan sumit originem pro pullulatione. Sed qualiter aliquando ibi negat ordinem nature. Dicitur quod ibi accipit ordinem nature pro ordine diversarum naturarum.

Nona decima, qualiter attributa se habentia per modum quidditatis sunt posteriora, cum tamen reducantur ad primum modum perseitatis. Dicitur quod, licet reducantur ad primum modum perseitatis, quantum ad nostrum modum intelligendi, quia prius communiora concipimus, tamen, quantum ad modum existendi suum, magis habent perseitatem secundi modi.

Vicesima, qualiter ratio entis que se habet per modum quidditatis potest precedere rationem intellectus seu voluntatis, cum in divinis sit processus a magis perfectis. Dicitur quod omnis ratio quidditativa est nobilior ; ideo ratio entis excedit illa. Sed contra, quia ratio entis salvatur in quocumque imperfectiori istis positis ; ideo dico quod, sicut in creaturis, non est semper processus a minus perfecto nisi in uno ordine, sic in divinis e converso in unico ordine ; ordo autem attributorum quidditativorum est alius a qualitativis.

Vicesima prima, qualiter ratio substantie potest esse in divinis prior ente, aut ratio spiritus ratione substantie, cum in creaturis habeant ordinem essentialem oppositum, et quandocumque sunt aliqua essentialiter ordinata, ubicumque inveniantur, habeant talem ordinem sicut per se passionem. Dicitur quod ordo quem habent in creaturis est accidentalis. Sed contra, quia omnia subalterna sunt essentialiter ordinata. Dico quod ista predicabilia que circumloquimur per substantiam et spiritum habent talem essentialem ordinem ; ipsa vero predicabilia scilicet per se substantia, et spiritus per accidens sunt sic ordinata. Sed numquid ordo quem habent in divinis est essentialis? Dicitur quod non substantie, ut substantia est, aut spiritui, sed ut hec substantia, et isto etiam modo forsitan in creatis.

Vicesima secunda, qualiter modi intrinseci precedunt attributa quidditativa, cum ubique modus sit posterior eo cuius est modus et isti sunt modi non solum divine essentie sed etiam entitatis. Dicitur quod, licet

modus sit posterior eo cuius est primo modus, non tamen eis quorum est modus ex consequenti, sicut passiones entis possunt precedere in aliquo aliqua quidditativa ; quod autem divine essentie primo adveniat ratio infinitatis quam substantialitatis, patet, quia intimior [est] modus intrinsecus et indistinctior quam aliqua formalitas.

Vicesima tertia, cum divisum precedat naturaliter dividenda quibus abstrahit, ut intellectus et voluntas dividantur per finitum et infinitum, qualiter ista attributa non precedunt istos modos intrinsecos. Et dicitur quod regula assumpta non tenet nisi in divisione quidditativa, [ista autem quidditativa non est], sed sicut alborum, aliud homo, aliud lapis.

Vicesima quarta, qualiter attributa negativa que sunt formaliter imperfectissima possunt esse in Deo prima et [dicitur] quod quia sunt perfectissima fundamentaliter. Sed contra, quia positiva ita bene fundantur in divina essentia, ergo dicitur quod non ita primo et precise.

Appendice 7

Albert le Grand, *De divinis nominibus*. Paris Mazarine 873, fol. 103, fol. 103 a-b.

Prologus. Admirabile est nomen tuum in universa terra. Psal. VIII, 2.

1 ... Per hoc vero quod dicitur nomen tanguntur ipsa nomina secundum quod faciunt notionem de causa secundum ea que relinquuntur in effectibus. De attributis enim sciendum quod non equivoce sed univoce dicuntur de Deo et creaturis sed tali univocatione qualis potest esse ibi, que est analogia, secundum quod dicit Origenes quod Deus dicitur sciens et intelligens, quia scientia et intellectu nos implet. Nominatur enim in nominibus per ea que sunt in nobis ab eo, sicut a causa univoca, et hoc est quod dicitur Hieremie XIV, 9 : nomen tuum invocatum est super nos. Et hec nomina sunt materia huius libri.

2 ... Per hoc autem quod dicitur in universa terra, tangitur respectu quorum sunt eminentia, quia respectu nostrum qui terrena vita vivimus. Quamvis enim et angeli et sancti qui sunt in patria ad altitudinem divine nature attingere nequeant secundum quod sibi soli notus est Deus, tamen, quia vident per speciem sine aliquo velamine, quodammodo non sunt eis eminentia divina nomina, cum id quod significatur per ea obiciatur eis sine aliquo medio. Nobis autem eminentia sunt tanquam magis distantibus et in speculo et in enigmate Deum cognoscentibus.

3 ... Sed queritur : quid sit subiectum huius libri... Solutio. Dicimus quod nomen divinum secundum suam communitatem non est subiectum istius libri, sed aliquo modo restrictum. Non enim hic agitur de nominibus symbolicis, que non dicuntur proprie de Deo sed per quamdam simili-

tudinem, sed de illis que nominant ipsum secundum quod est causa, quantum ad attributa quibus emanant res ab ipso, sicut causa univoca, participantes per posterius et ad ipsum quod in eo est vere et absolute quantum ad rem significatam per nomen, quamvis modus significandi deficiat a representatione eius secundum quod est in Deo, relinquens illud in occulto, propter hoc quod significat secundum modum quo illa res est in nobis a quibus est impositum nomen. Unde et mystica dicuntur quasi occulta. Hec autem nomina dupliciter possunt considerari : aut secundum effluxum causatorum a causa participantium rationem nominis per posterius, et sic agitur de eis in libro isto, aut secundum quod ex resolutione causatorum in causam relinquitur ignotum significatum nominis prout est in causa propter modum eminentem ipsius cause, et sic agitur de ipsis in libro de Mystica theologia. Unde subiectum proprium istius libri est nomen divinum quod facit notitiam cause secundum attributa in quantum exeunt ab eo causata in participatione attributorum, et in hoc uniuntur omnia nomina de quibus hic agitur...

4 ...Modus (huius libri) autem duplex, scilicet agendi et modus materie. Modus agendi in omnibus suis libris est resolutorius. — Sed videtur quod in hoc libro sit modus compositivus. Determinat enim, sicut dictum est, de nominibus significantibus causam secundum exitum causatorum ab ipsa. Procedere autem causatum a causa pertinet ad modum compositionis. Ergo modus istius libri est modus compositivus. — Solutio. Aut dicendum quod est duplex modus quo proceditur de causa in causatum, aut e contrario. Unus est factivus, secundum quod causa producit effectum, et hic modus est compositivus, quia effectus recedit a simplicitate cause. Sed quia nos non possumus cognoscere causam ipsam secundum quod est simplex in se, ut per eam accipiamus cognitionem causati, sed potius e converso, ideo est alius modus cognoscitivus quo per causatum accipimus causam, et hic est resolutivus. Et talis est modus huius scientie, non secundum quod fit resolutio in causam, prout est ignota propter eminentiam sui ad modum significandi per nomen, quia hoc pertinet ad Mysticam theologiam, sed secundum quod fit resolutio in causam, prout est univoce producens causatum.

5 *De divinis nominibus.* c. 1 Fol. 104 c. Littera sic legitur... Deus segregatur ab intellectu nostro tanquam infinitum intelligibile, quia non potest finita virtute comprehendi propter suam eminentem perfectionem... Sed videtur quod non debeat segregari ab intellectu nostro, sed dari sibi Dei cognitio sicut infinito... Solutio. Intellectus noster est infinitus in accipiendo secundum quantitatem discretam, quia potest omnia aliquomodo intelligere, sed secundum intentionem virtutis circa idem intelligibile per modum quantitatis continue non est infinitus. Non enim habet virtutem ad comprehendendum aliquid infinitum infinita virtute, sicut nec materia potest perfici aliqua forma infinita, licet successive perfici

possit formis infinitis ; et ideo Deus segregatur ab intellectu nostro tanquam infinitum intelligibile, quia non potest finita virtute comprehendi propter suam eminentem perfectionem. Quedam enim, ut dicit Boetius et Avicenna, non possumus perfecte cognoscere propter suam perfectionem, ut Deum, quedam vero propter suam imperfectionem, ut materiam primam, et ea que sunt permixta potentie et privationi, sicut infinitum et vacuum et tempus et motum...

6 *De divinis nominibus* c. 1 Fol. 105 a. An divina substantia possit ab aliquo intellectu creato videri. ... ... Solutio. Substantiam Dei quia est, omnes beati videbunt, quid autem sit nullus intellectus creatus videre potest. Cum enim cognitio quid est sit principalis causarum, oporteret, si cognosceretur quid est, ut circumspicerentur termini essentie eius, et sic totum esse eius clauderetur in intellectu creato, et ita intellectus creatus esset maior Deo, cum omne claudens sit maius eo quod claudit, quod absurdum est.

7 *De divinis nominibus* c. 1 Fol. 110 a. Utrum proprie et maxime nominetur Deus per negationem... ... Solutio. Quedam sunt que non possunt nominari affirmative a nobis nominibus quibus perfecte cognoscuntur ex eorum defectu, quia, scilicet, non habent unde nominentur et cognoscantur, sicut materia prima et ea que permixta sunt privationi et potentie. De Deo autem non sic est. Ipse enim perfectissime habet unde cognosci et nominari possit, cum sit perfectus et purus actus, nihil habens imperfectionis admixtum ; a nobis tamen non est cognoscibilis nisi confuso intellectu, quia non comprehendimus de Deo quid est, sed tantum quia, et hoc confuse ; cum non cognoscamus ipsum per effectum univocum sibi et immediatum et essentialem. Et ideo non possumus ipsum affirmative nominare secundum quod quid est, sed tantum per ea que sunt in effectibus quibus ipsum cognoscimus, que verius per modum illum removentur a causa non univoca quam affirmentur, et ideo negative maxime et proprie nominantur a nobis.

La première objection disait ceci : Videtur quod Deus magis proprie nominetur per affirmationem quam per negationem. Quod enim contigit intelligi, contingit nominari, quia verbum est angelus intelligentie, ut dicit Damascenus. Sed contingit aliquid affirmative intelligi de Deo, ut quia est substantia, quia est bonus etc. Ergo potest nominari affirmative. — Ad primum. Deus non intelligitur affirmative a nobis quid est sed tantum quia confuse, et ideo nomina que sibi imponimus deficiunt ab eo quod est ipse, sicut dicimus ipsum essentiam, cum essentia non sit ipsum esse et quod est, quia significatur ut in abstractione, deficit a perfectione Dei, cui non est essentia sine esse. Si autem dicimus ipsum ens, significatur duo, essentia scilicet et habens essentiam, et sic deficit nomen a simplicitate Dei in quo non est aliud essentia et habens essentiam ; et sic patet etiam in aliis nominibus. Et ideo dicit Magister in principio

Sententiarum, ex verbis Augustini : si tamen res debet dici et non magis omnium causa ; si tamen a causa ; non enim facile potest inveniri nomen.

8 *De divinis nominibus* c. 1 Fol. 111 a. Videtur quod hoc quod sit causa rerum non sit sufficiens ratio quare nominetur affirmationibus. — Omnium quorumcumque est convenientia in nomine, oportet esse convenientiam in proprietate significata per nomen. Sed Deus non habet convenientiam circa aliquam creaturam in natura significata per aliquod nomen. Ergo non convenit cum eis in nomine. — Probatio minoris : omnis convenientia aut est secundum equivocationem aut secundum univocationem, aut secundum analogiam. Non potest autem convenientia esse secundum univocationem, quia nihil est univocum Deo et creature, nec iterum secundum equivocationem, quia omne equivocum reducitur ad aliquod univocum, et sic redit eadem ratio, nec iterum secundum analogiam, quia oportet aliquid in esse pluribus secundum prius et posterius, quod esset simplicius et prius eis, sicut ens prius est substantia et accidente. Deo autem nihil est prius. Ergo non potest esse aliqua convenientia ipsius ad creaturas. — Preterea, quando effectus predicatur de causa, oportet causam et causatum convenire in forma aliqua, sicut sol et dies conveniunt in luce que inest diei ex sole, propter quod possumus dicere quod sol lucens super terram est dies et e contrario non possumus dicere quod rusticus ille est cultellus. Cum ergo Deus non conveniat in aliqua forma cum creatura, ut probatum est, videtur quod non propter hoc quod est causa omnium possit nominari ex omnibus. — Solutio. Dicimus quod hec ratio est sufficiens ut Deus possit nominari ab omnibus causatis, quia est causa omnium, et bene concedimus quod habet convenientiam cum causatis non univocationis sed analogie, non tamen talis analogie quod aliquid idem participetur a Deo per prius et a causatis per posterius, quia sic esset aliquid simplicius et prius Deo, sed quia Deus est secundum substantiam aliquid ut vita, vel sapientia, vel huiusmodi, non per participationem et alia participant illud accedendo ad primum quantum possunt, sicut est convenientia exemplatorum ad exemplar, ut si intelligeretur aliqua rectitudo per se existens que imprimeretur diversis lignis, quedam plus participarent rectitudinem secundum quod essent minus nodosa, nullum tamen participaret rectitudinem secundum simplicitatem exemplaris ; similiter in exitu rerum ad esse unumquodque tantum participat de esse quantum similatur divino radio secundum formam suam et similiter in reditu ad finem unumquodque in tantum est bonum et appetibile quantum habet de similitudine ultimi finis quod est primum bonum, et ideo propter talem convenientiam causatorum ad causam potest Deus nominari ex omnibus causatis. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

9 *De divinis nominibus* c. 1 Fol. 111 d. Utrum secundum quodlibet nomen sit innominabilis Deus, aut secundum aliquid specialiter quod dicatur mirabile et supra omne nomen... Solutio. Dicendum quod intentio Dionysii

est dicere quod Deus secundum omne nomen est innominabilis a nobis perfecte et secundum id quod est, licet nominemus ipsum per huiusmodi nomina quia est et hoc confuse, sicut supra habitum est. Inter alia tamen eius nomina, unum est quod est prius aliis, secundum rationem, scilicet Qui est, ut infra dicet Dionysius. Et ideo est magis remotum a cognitione nostra, cum non possimus in illud neque per resolutionem compositi in simplex, eo quod illud ens quod est Deus non est terminus resolutionis, cum non veniat ad compositionem alicuius, nec iterum per resolutionem causati in causam vel posterioris in prius, cum non sit proportionatum alicui causato. Et ideo modus essendi eius remanet nobis ignotus, scientes tamen quia est confuse ; et propter incertitudinem eius remanent omnia alia nobis ignota quorum cognitio ab ipso dependet. Si enim perfecte comprehenderemus modum essendi eius, sciremus etiam plene modum scientie et bonitatis et omnium aliorum. Et ideo illo primo ignorato, omnia alia nobis ignota sunt et secundum omnia indicibilis Deus [est] perfecte et unumquodque mirabile, quia infert quoddam prodigium nostro intellectui in cuius comprehensione non potest, et unumquodque est supra omne nomen ; nec est inconveniens ut Deus secundum quod est in se sit supra se secundum quod est in cognitione nostra.

10 *De divinis nominibus* c. 2 fol. 121 b ... In quibuscumque ... omnia sunt fidei, non sunt aliqua per rationem determinanda et alia supra rationem, sed omnia super rationem. Cum igitur in divinis omnia sunt fidei, videtur falsum dicere quod quedam manifeste reseravit, et quedam non. 1 Cor. 11, 7 ss : Loquimur sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principum ... Glossa : Philosophorum. Ergo videtur quod sapientia de divinis nominibus non possit humana ratione reserari. — Preterea, Deus secundum quodlibet attributum est maior intellectu nostro : est enim maius quam cogitari possit, sicut dicit Anselmus. Et hoc convenit sibi secundum quodlibet attributum, cum omnia divina nomina nominent aliquod attributum ipsius, videtur quod non sint aliquo humano intellectu perfecte reserabilia. — Solutio dicendum quod nullum divinorum nominum potest humana ratione reserari quid est, et hoc concludunt rationes. Sed de quibusdam divinis nominibus potest perfecte manifestari quia est, sicut quod est bonus et sapiens, et huiusmodi, quamvis quid sit bonitas et sapientia eius maneat nobis occultum ; de quibusdam vero nec etiam per rationem potest manifestari quia est, sicut ea maxime que pertinent ad discretionem personarum ; et hec est intentio littere.

11 *De divinis nominibus* c. 2 fol. 121c ... Concedimus divina non cognosci a nobis nisi participationibus ; sed hoc intelligendum est quantum ad principium cognitionis, et non quantum ad id in quo sicut in ultimo stat nostra cognitio. Cognoscentes enim ea que creature participant de nobilitatibus divinis, venimus in cognitionem ipsius sapientie divine que est, secundum quod est in ipsa, non participata ; sicut omnis cognitio nostra

incipit a sensu, non tamen oportet quod nihil cognoscamus ultra sensibile, sed ex sensibilibus devenimus in intelligibilia et similiter ex causato devenimus in causam, de qua causa per rationis inquisitionem intelligimus conditiones quasdam que non sunt in effectu.

12 *De divinis nominibus* c. VII fol. 189 c. ... Utrum Deus sit cognoscibilis a nobis ... Solutio. Dicendum quod quedam non possunt intelligi perfecto intellectu, ut dicit Avicenna, duplici ratione : aut propter eminentiam sue perfectionis, sicut Deus de quo dicit Philosophus quod manifestissima rerum se habent ad intellectum nostrum, sicut lumen solis ad oculum noctue, aut propter defectum a perfectione, sicut potentia, ut materia, et ea que sunt semper admixta potentie, ut motus et tempus : et huiusmodi quidem dicuntur comprehendi imperfecto intellectu, quia cognoscimus de ipsis tantum quia est et non quid est. Sed quidquid sit de aliis, certum est de Deo quod non cognoscimus de ipso quid est, sed tantum quia est, et hoc etiam confuse, quia intellectus noster non tangit terminum eius. Et si dicatur quod quid est non invenitur nisi in iis que habent definitionem, que omnia sunt composita, Deus autem simplex est et ita non habet quid est, et ita ignorantes quid est ipsius, nihil ipsius ignoramus, dicendum quod non solum de definitis scimus quid est que habent quidditatem que explicatur per definitionem, sed etiam de quolibet definientium, quorum unumquodque est quidditas ipsa que tamen tota clauditur et accipitur per intellectum. Similiter et Deus est quidditas et essentia quedam, quamvis non habeat quidditatem per modum compositorum ; tamen quidditas eius non clauditur nec accipitur in intellectu nostro ; et ideo de ipso dicimus quod nescimus de ipso quid est.

13 *De divinis nominibus* c. VII fol. 190 b. Videtur quod Deus non cognoscatur a nobis ex natura sua. Quod enim non convenit intelligi, non convenit significari ; sed nos Deum significamus ex natura sua, nominantes ipsum naturam vel essentiam ; ergo intelligimus ipsum ex natura sua... Solutio. Dicendum quod hoc quod dicitur quod Deus non cognoscitur per sui naturam dupliciter potest exponi : aut quia non cognoscimus de ipso quid est ; quidditas enim rei dicitur natura rei ; aut quantum ad acquisitionem cognitionis, quia, cum omnis nostra cognitio oriatur a sensu, acquirimus cognitionem ipsius ex suis causatis, ex quibus tandem devenimus in naturam ipsius, quia est cognoscendo, et sic significamus eam. Sed prima expositio magis competit secundum intentionem littere. Unde dicendum secundum eam ad primum quod sicut non cognoscimus de ipso quid est, comprehendendo totam naturam ipsius, ita neque nomen totum quod in ipso est significat, sed imperfecte.

14 *De divinis nominibus* c. VII pl. 190 bc. Deinde distinguit (Dionysius) specialiter tres modos quibus in cognitionem Dei ex creaturis devenimus (scilicet : in ablatione omnium, in excessu et in omnium causa)... Dubitatur autem hic de istis modis. Negatio autem nihil certificat : quod autem

non certificat non potest esse nobis via ad aliquid cognoscendum ; ergo in Deum non possumus ascendere omnium ablatione vel negatione. — Preterea, iste modus non est generalis, quia multa sunt que predicamus de Deo et non removemus ab ipso, sicut essentiam, sapientiam et multa huiusmodi et sic videtur insufficienter loqui. — Preterea, de eo quod non est determinatum et tractum in partem, non potest aliquid negari, sicut de ente et de uno : sed Deus non est aliquid determinatum vel tractum in partem ; ergo de ipso non potest aliquid negari, et sic videtur quod omnium ablatione ipsum non cognoscimus. Probatio minoris : omne quod determinatur et in partem trahitur, recipit supra se additionem differentiarum quibus contrahitur ; sed in Deo propter summam simplicitatem non potest esse additio alicuius super aliquid : ergo etc. — Preterea, omne quod excedit aliquid negatur ab illo ; ergo videtur quod modus qui est per excessum comprehendatur sub modo qui est per negationem : et sic videtur superflue utrumque ponere. — Preterea, nomina symbolica non exponuntur de Deo per aliquem istorum modorum ; ergo insufficienter eos tradit. — Preterea, queritur penes quid accipiantur isti modi. — Solutio, dicendum primo ad ultimum quod, sicut supra dictum est, nos imponimus nomina secundum illum modum quo invenitur res significata in rebus que sunt sub intellectu nostro ex quibus accipimus scientias. Et ideo alius est modus quo huiusmodi res invenitur in iis que sunt supra intellectum nostrum. Et ideo est alius modus quo significat nomen : unde res significata per nomen potest dupliciter considerari : aut secundum quod excedit significationem nominis, et sic est modus qui est per excessum, aut secundum quod significatur per nomen, et hoc dupliciter : vel secundum quod est in effectu, et sic est modus qui est per causam, aut secundum quod est in causa, que est extra istum modum, et sic est modus per omnem ablationem. — Ad primum ergo dicendum, quod negatio que nihil derelinquit, nihil certificat, sed per negationes que aliquid relinquunt determinatur confusio intellectus ad aliquid certum, et utimur eis loco differentiarum in iis quorum propter sui simplicitatem differentias positivas accipere non possumus : sicut si dicam quod anima non est substantia corporea, relinquendo quod sit substantia, determino animam ad aliquid, et sic deinceps quousque deveniatur ad esse proprium rei ; et similiter, ut dicit Rabbi Moyses, per negationes determinatur aliquo modo confusio intellectus nostri circa Deum, quamvis nunquam deveniamus ad esse proprium ipsius. — Ad secundum, dicendum quod illa nomina predicantur de Deo per alium modum et non secundum quod dicuntur de creaturis. — Ad tertium, dicendum quod Deus non est determinatus per additionem alicuius, sed se ipso, sicut etiam differentie : et ideo ab ipso aliquid negari potest. — Ad quartum, dicendum quod differentia horum diversorum modorum assignata est. — Ad quintum, dicendum quod symbolica non simpliciter dicuntur de Deo, sed per quamdam similitudinem : et ideo non oportet quod isti modi se extendant ad illa.

15 *De divinis nominibus* c. VII fol. 190d. ... Deinde ostendit quis istorum modorum sit verior... Dicit ergo quod divinissima, id est perfectissima et verissima Dei cognitio est per ignorantiam, id est per omnium ablationem, quia simpliciter verum est, secundum quod significatur per nomen ; affirmationes autem non sunt vere de ipso secundum modum significandi per nomen, et ideo dicuntur incompacte in secundo capitulo Celesti Hierarchie. Et ista cognitio habetur per unitionem super mentem, id est quando anima unit se ipsam iis que sunt supra ipsam, quando recedit ab omnibus aliis, et etiam se ipsam dimittit que plus aliis imitatur Deum, et sic unitur divinis radiis adhuc splendentibus, quia semper accipit ut supra se et nunquam perfecte comprehendit eos, inde, id est postea ex illo inscrutabili profundo sapientie illuminatur...

16 *De divinis nominibus* c. XIII fol. 213a. Utrum Deus possit nominari... Solutio. Dicendum quod sicut dicit Philosophus in IV Metaphysice, ratio quam significat nomen est definitio : unde idem est quod importatur in nomine rei et definitio eius. Definitio autem explicat quod in nomine implicite continetur : unde quod definitionem nullo modo habet nec nomen habere potest : quod autem nullo modo finitum est definitionem non habet, quare nec nomen. Deus autem nullo modo finitus est. Est enim aliquid finitum dupliciter, aut per terminos sue essentie, sicut composita, et ista precipue definitionem habent que includunt totum esse ipsorum intra ultimam differentiam et primum genus, que sunt actuale et potentiale in essentia rei : unde et definitio, terminus dicitur. Aliqua autem sunt finita non per aliquem terminum essentie sue, quia ipsa sunt termini, sed quia totum esse ipsorum includitur in terminatis, ita quod de eis nihil est extra : unde quodammodo terminatur a suis terminatis, sicut punctus in linea et differentia in specie, et huiusmodi, quamvis non circumscribantur terminis, tamen circumscribuntur intellectu, et ideo intellectus comprehendit de eis totum id quod sunt, et nomina ipsorum significant totum id quod sunt, quia, quamvis definitionem non habeant proprie, tamen habent quidditatem terminatam : Deus autem neque terminus terminatus est, quia simplex est, neque esse suum est comprehensum in aliquo, sed est actus purus, absolutus ab omni potentia, non receptus in aliquo secundum esse suum, et ideo intellectus non potest comprehendere ipsum secundum quod quid est, neque nomen potest ipsum significare exprimendo totum id quod est, et sic nulli proportionata est sui quidditas ; sed intellectus attingendo ab substantiam ipsius, cognoscit ipsum vel in sua similitudine, sicut in via, per speculum et in enigmate, vel immediate, sicut in patria. Ad hunc autem tactum proportionatus est intellectus non adhuc per suam naturam, sed per lumen glorie descendens in ipsum, confortans eum et elevans eum supra suam naturam, et hoc dicitur theophania et participatione videri, secundum quod diversi intellectus diversimode confortantur ad videndum Deum, et sic etiam non significatur nisi nomine attingente ad ipsum.

Appendice 8

Robert Grossetête, *Angelica hierarchia*, c. 2 (*Dion.* 11, 756, 2-758, 3)
Paris, Bibl. nat. lat. 1620, fol. 73c-74b.
Vatican, Chigi A. V. 129 fol. 213c-215a.

A thearchica simililudine ad veritatem. Non enim secundum veritatem, licet sint immateriales venerabiles et materialibus superposite similes sunt ipsi thearchie. Ipsa enim thearchia non est substantia neque vita univoce dicta cum substantia seu vita alia, sed est super omnem huiusmodi substantiam et super omnem vitam, neque ipsam caracterizat seu figurat aut imprimit lumen aliquod, cum caracterizans necessario sit aliud a caracterizato. In ipsa autem quidquid est necessario est ipsa. Ipsa etiam, sicut nec est substantia, nec vita, sic nec est ratio, nec intellectus, sed super utrumque, utrisque incomparabiliter deficientibus a similitudine ipsius, similitudine inquam paritatis et secundum quam possibile est univocari. Habent namque ratio et intellectus aliquam imitativam similitudinem divinitatis, dicente Domino : faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, quod esse non potest nisi secundum rationem.

Sequitur : *aliquando autem dissimilibus manifestationibus*, etc. Subiungit hic secundum modum sacre manifestationis divinorum et divinitatis, qui videlicet est per dissimiles manifestationes et formationes et est totum ab illo loco : *igitur et venerabilem*, usque ad illum locum : *hec enim ut existimo*, legendum sub unius clausule continuitate. Ait itaque quod *aliquando* et ipsa thearchia a manifestativis *eloquiis dissimilibus manifestationibus* laudatur supermundane. Licet, enim, ipse res manifestantes eam sint mundane, non significant tamen de ea aliquid mundanum sed solum super mundanum, ut cum eadem eloquia vocant *ipsam* thearchiam *invisibilem et infinitam* et alia huiusmodi, *ex quibus significatur*, maxime prima significatione *non quid ipsa est, sed quid ipsa non est.* Sciendum autem quod nihil essentiale seu substantiale habet Deus commune cum aliquo. Unde nec univocari potest cum aliquo sub nomine essentiam demonstrante. Quapropter omne nomen dictum de aliquo alio essentialiter, in eadem significatione de ipsa thearchia non dicitur. Nec est nomen aliquod quod ipsam divinitatis essentiam primo et proximo pure et precise significet, ut aiunt quidam qui de divinis nominibus tractant, nisi nomen quod dicitur tetragrammaton. Nomina igitur in quid predicata, si dicantur de Deo, non attribuunt ei suum primum et immediatum significatum, quia sic esset sermo impossibilis, sed attribuunt ei quod est in ipso manifestatum aliquo modo per immediatum significatum, sicut figura pedis imprimentis vestigium manifestatur per vestigium. Que igitur sunt velut formatiora divinitatis vestigia expressius similitudinem seu imitationem ipsius retinentia, quemadmodum sunt in incorporeis : ratio,

intellectus, et substantia, et in corporeis seu corpori colligatis : lux, et vita, dicuntur symbola similia et formationes et similitudines et manifestationes similes ; que vero sunt velut infirmiora vestigia et minus expresse et obscurius imitationem ipsius retinentia, dicuntur symbola dissimilia et formationes et similitudines et manifestationes dissimiles. Tria autem nomina quibus exemplificat manifestationes dissimiles : invisibilis scilicet, infinitus et incomprehensibilis, secundum suam significationem primam et propriam, dicunt de Deo non quid est, sed quid non est, ut quod ipse non est potens visu sentiri, quod non est habens terminum, quod non est potens aliqua vi comprehensiva capi, et est vera hec predicatio privativa de Deo, et forte huiusmodi nomina privativa aliqua univoce dicuntur de ipso et de aliquibus creaturis, ut invisibile de ipso et omnibus creaturis que non possunt visu sentiri ; sed secundum hunc modum dicendi de Deo huiusmodi nomina privativa seu abnegativa ab ipso eorum que ipse non est, hoc est secundum quod huiusmodi nomina dicta de Deo sumuntur in prima et propria significatione sua, nihil ultra significato per propria ipsorum significata, non sunt symbolice dicta, neque manifestationes que grece dicuntur ekfantorice, cum tamen, secundum auctoris exemplationem, oportet ea esse symbolice et ekfantorice dicta.

Nomina igitur huiusmodi in eloquiis sacris dicta de Deo non solum abnegant ab ipso hoc quod ipse non est, sed, et ipsa remotione cuiusque ab ipso quod ipse non est, innuunt de eo quod ipse est super omnem potentiam essendi illud quod ab ipso removetur, et quod sua potentia incomparabiliter excedit potentiam essendi id quod ab ipso abnegatur, et quod sua essentia similiter excedit incomparabiliter omnem essentiam ab ipso abdicatam. Unde quanto superior et nobilior potentia vel essentia ab ipso removetur, tanto evidentius ipsa remotione manifestatur potentie et essentie ipsius supereminentia. Non igitur minus, sed potius forte plus laudant eloquia thearchiam ipsam abnegatione rationis et intellectus et substantie et similium ab ipsa quam cum rationem et intellectum et substantiam nominant ipsam. Omnis autem creatura, quantumcumque excellens, in auribus habentium aures audiendi evidentia possibilitatis sue, quantum est de se, redeundi in nihilum, sicut ex nihilo facta est, fortiter clamat et dicit · non sum ego Deus, non sum ego id quod per se est per se necesse esse a quo omne esse, non sum ego qui sum, sed ab alio sum. Unde omnium creaturarum nomina, si dicant et consignificant quod sua significata de se ipsis clamant, dicunt sua significata non esse Deum, et quid non est Deus manifestant. Nomina vero rerum necessario corruptioni subiacentium, evidentia necessitatis corruptionis earumdem omnino manifestissime clamant et dicunt sicut sua significata, in auribus etiam minus intelligentium ipsa significata, non esse Deum et quid non est Deus demonstrant. Quia tamen omnis res vestigium aliquod sui

conditoris habet sibi impressum vel forte verius ipsa tota est creatoris vestigium, non est res aliqua vacua ab enarratione sui conditoris, sed, ut pretactum est, sicut vestigium in pulvere enarrat de figura pedis qui illud impressit, sic omnis creatura rationem suam eternam in mente divina ad cuius exemplar facta est, aut operationem aliquam divinitatis insinuat ; sed creature et nature inmaterialiores vel simpliciter immateriales et bonitate creatoris incorruptibiles expressiora et formatiora sunt conditoris vestigia, et intelligentibus ea ipsum expressius et manifestius ostendentia ; materiales vero et necessaria corruptibiles minus expressa et informiora sunt creatoris vestigia minus expresse et inmanifestius ipsum demonstrantia. Quanto itaque superior, subtilior, excellentior et incorruptibilior natura, evidentia sue possibilitatis quantum est de se corrumpi et evidentia sue defectionis a per se necesse esse, clamat se non esse Deum, tanto ipsa abnegatione plus laudatur et honorificatur Deus, quia tanto excelsior et maior ipsa abnegatione predicatur. Inferior vero et materialis et necessario corruptibilis natura, evidentia sue necessitatis ad corruptionem ac per hoc elongatior a per se necesse esse, clamans evidentius se non esse Deum, hac ipse abnegatione minus laudat Deum, quam superior natura abnegatione consimili. Omnia tamen simul clamantia se non esse Deum, plus ipsum laudant quam si quedam et solum id clamarent. Et cum etiam elongatissima ab ipso non cessent ab enarratione ipsius, utpote et ipsa quedam ipsius vestigia, plus laudatur et honorificatur quam si enarrarent ipsum sola ei propinquiora.

Nec solum enarrant ipsum entia et vere omnia sed etiam non entia et falsa. Enarrat enim omne antecedens suum consequens quod necessaria consecutione ex ipso sequitur. Consequitur autem ex omni falso et etiam ex « Deum non esse » veritatem esse, et ita Deum esse, cum Deus sit veritas. Igitur omnis abnegatio et privatio dicte de illo ut non visibilis et invisibilis et huiusmodi et sua remotione ab ipso eius quod ipse non est et insinuatione de ipso, per remotionem talem, supereminentie sue potentie et essentie, et omne per modum affirmationis de eo dictum et insinuatione quid ipse non est et in manifestatione alicuius de ipso symbolice et ekfantorice, per hoc quod est eius vestigium necnon et omne verum et omne falsum, illatione ipsius necessaria, ipsum supermundane laudat, glorificat, honorat et veneratur, nihil addens super substantiam ipsius, cum ipsa non habeat res supra se additas, utpote simplex in termino simplicitatis, et ideo nihil habens in ipsa quod non sit ipsa.

Negationes itaque, ut pretactum est, proprie et vere possunt dici de Deo, affirmatio autem nulla, secundum propriam predicati significationem, cum proprie aliquod entium citra ipsum significet, de eo vera est. Propter hoc, ut subiungit auctor, *hoc* id est dicere de ipsa thearchia non quid ipsa est, sed quid ipsa non est, *principalius*, id est magis proprium et evidentius verum, *est in ipsa* thearchia, quia, *ut traditio* eloquio-

rum *occulta* sub figuris *et sacerdotalis* seu sacrifica, hoc est per legislatorem et prophetas inter sacerdotes et sacra administrantes connumeratos, *subintroduxit* seu suggessit, *vere dicimus ipsam* thearchiam *non esse quidem secundum aliquid entium*. Non est enim, ut dictum est, aliquid entium, nec eius esse quale est esse alicuius entis, sed incomparabiliter super illa. Aliter enim posset eis assimilari, sed, sicut in libris prophetarum scribitur, nulli creature assimilari potest. Unde scriptum est : cui assimilastis me et cui adequastis me? Et iterum : cui assimilastis factorem? Et alibi : non est similis tui in diis, Domine ; et multa talia in eloquiis manifestantia ipsam thearchiam non esse aliquid entium, sed superessentialem, et *supersubstantialem et non intelligibilem* seu inintelligibilem super omnem videlicet intellectum, *et ineffabilem* super omnem scilicet enarrationem, ipsam esse *infinita'em*, seu interminabilitatem, seu-interminationem, quam et nos necessario, quia super intelligentiam et enarrationem est, *ignoramus* et ignorari a nobis necesse est, donec super nos per adherentiam ipsius infinitati unus spiritus cum ipso simus. Nomen autem grecum pro quo ponunt infinitatem privativum est terminum, quia divinitas nec terminum habet qui est definitio, cum sit simplex, nec terminum durationis initialem vel finalem, cum ipsa sit eternitas, nec terminum magnitudinis, cum careat corporea magnitudine, nec terminum sapientie, cum sapientie eius non sit numerus, nec terminus bonitatis, cum non sit minor eius bonitas quam eius sapientia et potestas, nec ipsa est terminus sicut predicatum aut subiectum, quia nec alii substat ut de ea predicato, cum quidquid est in ipsa, ipsa est nec de alio predicatur, cum non sit idem in subiecto cum aliquo.

Francis Ruello.

THE VISION OF SAINT PAUL: NEW LINKS AND PATTERNS IN THE WESTERN TRADITION

INTRODUCTION

The surge of discovery from the deeps of the otherworld literature which marks the scholarly achievement of the nineteenth and finds its further, though now slowly ebbing, continuation in the present century, has cast up from the past no more significant apocryphal work of Christian origin than the complex of texts called the Vision of Saint Paul[1]. Interesting for the near relation of its contents to the general Western lore of heaven and hell, it is extraordinary for the length of time during which the production of its various versions was a living tradition and for the sheer geographical spread of its influence. We may expect to find — and we do — the wide presence in mediaeval writings of a work composed perhaps as early as the third century yet still being written down and redacted in the eighteenth, whose surviving manuscripts are to be counted at about a hundred and come from everywhere from Armenia to Ireland, from Scandinavia down through Western Europe to both shores of the Mediterranean, and represent among them, besides Greek, Latin, Coptic, Syriac, Armenian, and Old Church Slavonic, nearly every major vernacular of this vast area[2].

Its influence has not passed unobserved; on the contrary, the possibility of its effect on Dante himself and on other pieces literary and sub-literary of the same *genre*, was exactly the stimulus which galvanized some of the

(1) For the history of this discovery see T. SILVERSTEIN, *Visio Sancti Pauli: The History of the Apocalypse in Latin together with Nine Texts* (Studies and Documents, no. IV [London, 1935], especially chap. ii and its notes. This book referred to henceforth as *S. Vis. P.*

(2) The same, *'Bibliography I'*, pp. 219-22, and chap. ii, *passim*, but esp. nn. 14-22, 24-26, and 29.

first modern studies of the Vision, particularly of its late vernacular redactions[3].

But this very interest and the failure to find a satisfactory connection between the abundant mediaeval adaptations in verse and prose and the ancient forms of the Vision, for long obstructed a proper view of its Western history. Nor is that history adequately understood even yet[4] though the materials for it, already a subject of speculation in the seventeenth century and gradually collecting ever since, had reached a stage of critical accumulation with the work of Brandes and James, and produced the basis for a quite detailed account in 1935.

Such an account is of an uninterrupted descent of Latin texts of the Vision and their uses from the time of St Augustine to the end of the Middle Ages. It is an account in which we have been able to show the links between the ancient and mediaeval texts, and to describe with important idiosyncratic distinction the groups of variations in the ancient versions. We can reconstruct, further, the particular form of the Latin ancestor of the main corpus of Western redactions and the relation of these redactions to each other. And we can demonstrate the derivation from them of the vernacular adaptations, the reflexive influence of some of the vernacular in the further modification of the Latin texts, and the intrusion at various points of new materials betraying local interests and changing employment, both literary and doctrinal. But more than all this. The frustrating lacuna between ancient exemplars and mediaeval recensions has not only been filled in by the discovery of the chief early Latin form of the Vision in manuscripts of the eighth and ninth centuries, but there is also evidence that versions approximating closely the primitive texts were known in the seventh, tenth, eleventh, twelfth, and fourteenth centuries. That evidence includes significantly a second Long Latin derivative from the Greek, together with its affiliates, independent of the main Western line[5]. How such separate knowledge

(3) See, e. g., Ozanam, *Dante et la philosophie catholique* (Paris, 1839; reprinted 1840; new eds 1845, 1859), and the same writer's *Études sur les sources poétiques de la D. C.* (Paris, 1845). Cf. 'Did Dante Know the Vision of St. Paul?' *Harvard Studies and Notes*, XIX (1937), 232-33.

(4) See, e.g., the reference to Stegmüller in the next note.

(5) See *S. Vis. P.*, chaps i, iii, and iv, and the diagrams on pp. 39, 60, and 61-63. Cf. *Harvard Studies and Notes*, XIX, 246; and 'Dante and the Legend of the Mi'rāj: The Problem of Islamic Influence on the Christian Literature of the Otherworld,' *Journal of Near Eastern Studies*, XI (1952), esp. 93 ff. A recent summary involving the Western tradition, Fr. Stegmüller, *Repertorium Biblicum Medii Aevi*, I (Consejo Superior de Investigaciones Científicas, Instituto Francisco Suárez [Madrid, 1940 (1950)], 240-45, though extensive, is singularly erroneous. Among other matters, it confuses the earlier stages of the history by its method of classification. Thus, it lists together under the single heading *Apocalypsis Pauli c. 380 Hierosolymis graece composita* (item 275) certain of the Long texts that ought not to be so grouped without

of the Greek text reached Central Europe we have as yet no precise knowledge; it is perhaps one further mark of the contact with Byzantium which achieved a major importance during the high and later Middle Ages. That Dante may have been acquainted with some one of such forms, and not merely a mediaeval abbreviation, has been argued elsewhere[6]. The entire question of his use of the Vision in the *Divina commedia* — and the answer to it —, framed as they usually have been in terms of the popular redactions only, must therefore be considerably revised.

And still the testimony is not exhausted which enables us to define with ever increasing particularity the history in the Middle Ages of what was perhaps its most important non-canonical apocalypse. To the fifty or so Latin manuscripts upon which that history has hitherto been constructed we may now add the support of eight more.[6a] They date from the eleventh to the sixteenth century, and three of them represent new redactions previously undescribed. The others contain examples of texts already known, but for variant readings, comparatively early origin, or provenience, several of them possess a special interest which is both intrinsic and related to the problem of filiation. All eight texts[6a] are here for the first time given designations in keeping with their character, and five are published and analyzed according to an established *schema*, which they serve generally to confirm but to which they add some important complicating relations. That *schema* is illustrated by the following diagram, here simplified to include only the main tradition of Latin abbreviations, with which we are for the moment primarily concerned. When the new texts have been examined, it will be redrawn to include them and their evidence :

distinction, including the Long Latin, as represented by text *P* (item 275.2), which is dated c. 500; then goes on to classify under the separate heading *Visio (Apocalypsis) Pauli in Aegypto c. 350-400 composita* (item 276) a supposed version from which the mediaeval Latin and Western vernacular texts are derived, among them *St G* (item 276.8), though *P* and *St G* are simply variants of the same Latin original; and finally compounds confusion by placing with the main mediaeval redactions the 'Vienna Fragment' and a related German abbreviation (items 276.9 and 276.22) that belong to a Latin version from the Greek totally unconnected with the other texts. Among its omissions, furthermore, is the important Old English fragment of a Long text, Bodleian *MS Junius 85*, foll. 3-11 (xi c.): see R. Willard, in *PMLA*, L (1935), 958-59; and N. R. Ker, *Catalogue of Manuscripts Containing Anglo-Saxon* (Oxford, 1957), p. 410, art. 4. Cf. *Harvard Studies and Notes*, XIX, 246, n. 49.

(6) I.e. in *Harvard Studies and Notes*, XIX, 231-47, esp. 244 ff.

(6a) In fact *nine*. For when this article was in proof Dr. Hunt and Mr. Scott of the Bodleian called my attention to a further text in an acquisition there of German origin, i.e. Ms. *Lat. th. e. 21*, fols. 91-92 (S. xiv in.) — cited here as *Bodl.* It is a version of Redac. III, closely related to Ms. *CC* and to some forms of IIIb and IIIc, but independent of, and with an addendum *De cameris inferni* not found in them. See notes 70a and 178 below.



(L¹, λ, and α, β, γ represent hypothetical reconstructions : L¹ the full Long Latin version of a Greek archetype from which the main Latin tradition descends; λ the first abbreviating version in this tradition, characterized among other matters by the omission of the sections on Paradise and the Dwellings of the Righteous; α, β, γ further linking texts. The numerals I-VIII designate redactions presently surviving.)[7]

The five new texts to be examined in detail and published with the present essay are these:

(1) *Redaction I:* Barcelona, Archivo Capitular de la Catedral, *Cod. lat. 28*, foll. 118r-19r. xii or possibly xi c. Evidently of southern Italian origin. The manuscript is described by José Oliveras Caminal, in *Scriptorium*, I (1946-47), 240-42, and a transcript given of the text, but without reference to the redaction which it represents or relations to other versions.

(2) *Redaction III:* Brussels, Bibl. Roy., *Cod. lat. 67* [*II 1053*], foll.

(7) For the fuller representation of the Latin tradition see *S. Vis. P.*, p. 61, and (the further intricacies of Redaction III), p. 51. It should be observed that Redaction VII is there (pp. 60-61) shown as being directly connected with I, whereas in the discussion (pp. 54-55) differences between them are explained as evidence that Redaction VII, though close to I, is yet an independent witness to α. This discrepancy is corrected in the present diagram, which shows α as VII's immediate source. A newer view of the relations, however, is given below, § i and the diagram in § v.

3r-4r. xi c. Listed in Van den Gheyn, *Catalogue des mss. de la Bibl. Roy. de Belgique*, I (1901), 31. The text is an unstudied and unpublished variant of a known redaction.

(3) *Redaction Br:* Brussels, Bibl. Roy., *Cod. lat. 364* [*5576-5604*], foll. 132rv and 132 *bis*. xii c. Listed in Van den Gheyn, *Catalogue*, I, 197. This is a new redaction.

(4) *Redaction IX:* Naples, Bibl. naz., *Cod. lat. VIII.AA.32*, foll. 175v-77v. xv c. Of Italian origin[8]. Listed in *Analecta Bollandiana*, XXX (1911), 147. A new redaction.

(5) *Redaction X:* Venice, San Marco, *Cod. lat. VI.30* [Zanetti, *Cod. lat. D VII*], foll. 79r-80v. xiv c. Listed in J. Valentinelli, *Bibl. mss ad S. Marci Veneliarum*, II (1869), 165[9]. A further new redaction[10].

Three additional texts have been collated and are now classified according to their redactions, and the first of them is studied in connection with the new Brussels codex of Redaction III (i. e. with no. 2 above). The others are not further treated in detail for the present since they belong with that most popular of the mediaeval recensions, Redaction IV, whose thirty-odd surviving manuscripts require a particular and separate consideration; but the last (no. 8), which is very brief, is printed in section vi of the present essay following the text of Redaction X[11] :

(6) *Redaction III:* Bonn, Universitäts-Bibl., *Cod. lat. 361* [*227 a*]. Early xvi c. The manuscript is described and the text printed by Aloys Meister, *Die Fragmente der Liber VIII miraculorum des Caesarius von Heisterbach* (Römische Quartalschrift für christliche Alterthumsk. u. f. Kirchengesch., 14e Supplement-heft [Rome, 1901]), pp. xxxviii and 208-11[12].

(7) *Redaction IV:* Vatican, Bibl. apost., *Cod. Reg. lat. 524*, foll. 190r-91r. xv c. Listed in A. Poncelet, *Catalogus codicum hagiograph. lat. Bibl. Vat.* (Brussels. 1910), p. 353. *Inc.:* Dies dominicus dies est electus. *Expl.:* Et si essent centum viri loquentes ab inicio mundi... ut regnemus cum ipso et viuamus in secula seculorum amen.

(8) *Redaction IV:* San Marino, California, Huntington Library, *Cod. El. 26. A. 3*, foll. 209v-10r. xv c. Among the Bridgewater Mss. acquired from Lord Ellesmere. Listed in S. De Ricci and W. J. Wilson, *Census of Medieval and Renaissance Manuscripts in the U. S. and Canada*,

(8) See notes to the text, below § vi (item number 4).

(9) Valentinelli is the first to observe this text, since Antonio Zanetti's catalogue, *Latina et Italica D. Marci Bibliotheca Codicum manuscriptorum* (1741), pp. 207-8, lists the codex without discriminating its contents.

(10) All five texts are printed in order as here listed, below § vi.

(11) As item 8. For a ninth text, in Ms. *Bodl.*, see n. 6a above.

(12) Meister fails to indicate folio numbers.

I (1935), 131. The Vision of St Paul is fourth in a miscellany of seven French and Latin works, and is not a complete text but rather a kind of summary made up of the opening sentence and a continuous series of excepts from the later parts of the redaction.

This group of manuscripts of the Vision, though numerically a small addition to the whole body of extant codices, bring implications for our history of considerable importance; all of them together for the great circle of influence in time and space that each new discovery enlarges; the further copies of the previously known redactions (nos 1, 2, 6, 7, and 8 above) for the original form and the subsequent growth patterns of each; the new redactions (nos 3, 4, and 5 above) for the endless textual richness of the history and, in the case of one of them at least (no. 4), for the resourcefulness of its late but enterprising author — an Italian whose devices succeed in reshaping a familiar old stand-by into something quite striking and fresh.

Let us begin with the copies of the known Redactions I and III, which we consider in the following two sections, reserving the account of the new redactions for Sections iii and iv.

i

Redaction I

[5][220] Vidit Paulus in capite supradicti pontis unum diabolum hostiarium uinctum[221] cathenis manibus et pedibus, nomine Belzebut, qui cum ore[222] prohiciebat flamma et sulfura nigra <que> in multis coloribus permutabat, et peccatrices anime degluciebat, et ita non requiescebat[223] die noctuque <sed> semper esuriebat[224]; cuius dentes sunt sicut e<s>t sagitta[225] et lingua eius sic<ut> gladius acutus. Anime peccatrices in eius uentrem fiunt coloris sulfuris ; cum esciunt[226] nigre sunt sicut carbones. Et tantum est demon orribilis quod credo si appareret in mu<n>do homines et mulieres pro timore et fetore inferni omnes morientur.

[6] [f. 176^{v}] Vidit postea Paulus animas diuersas atque plumbatas in illo flumine usque ad genua, alii usque ad umbiliculum[227], alii usque ad supercilia. Et Paulus interrogauit angelum qui essent dimersi usque

(217) This sentence in part reflects the sentiment of the last sentence of section 3 above, but with a new list of torments. These differ in turn from the plage which surround the furnace in the same section; on the contrary, they parallel exactly, with the omission of uermes and one exchange of order, the list in Redaction V, and in addition the phrase et multa plura que sunt innumerabiles, suggests V's sentence: Post istas septem penas uidit Sanctus Paulus tantas alias in inferno inferiori quod nemo dicere potest (*S. Vis. P.*, p. 197, ll. 13-18). In the new list both IX and V are like Redaction III (esp. S^{1}): see *S. Vis. P.*, pp. 162-65 and 57.

(218) Ms. zizinias.

(219) Ms. ad vlteris.

(220) All of section 5 is a special elaboration of Redaction IX. For its source and details see above, n. 98 and its context.

(221) Ms. victus.

(222) Ms. os. The entire passage as far as permutabat is corrupt.

(223) Ms. requiescebāt.

(224) esuriebāt.

(225) Ms. sagipta.

(226) Or exeunt. Ms. escūt (=exciunt), or eseūt (=exeunt). For this Italianate confusion of ex and es see below, n. 235.

(227) Sic! The group alii usque ad labia has been accidentally omitted, as is evident from the third sentence further on. The four groups match those of IV (Brandes, p. 76, ll. 16-19) and go back to the Long texts (see the 'Vienna Fragment', *S. Vis. P.*, p. 151, ll. 29-38; and James, p. 28, l. 25 — p. 29, l. 7; cf. I, II, and V: *S. Vis. P.*, p. 153, ll. 20-23, p. 156, ll. 16-18, and p. 198, ll. 11-13), though the language and details of the explanation of several of the sins differ in IX. Thus the group ad genua described as concupiscentes, sicut Judas qui tradidit Christum, finds no parallel anywhere else in the Latin texts, though the term concupiscentes may have been

ad genua et respondit angelus, 'Hii sunt concupiscentes, sicut Iudas, qui tradidit Christum. Qui sunt dimersi usque ad umbiliculum[228] sunt illi qui fornicauerunt in semetipsos et adulterant ubicumque possunt et non recedunt a pugna[229]. Qui sunt dimersi usque ad labia sunt qui inter se lites faciunt non audientes uerbum dei nec sinunt <alios> audire. Qui sunt dimersi usque ad supercilia sunt traditores, periurii, mentientes, qui gaudent de malo proximi sui nec[230] curant de anima sua.'

[7][231] Vidit postea Paulus alium locum tenebrosum plenum virorum et mulierum, in quo erant pene et dolores sempiterne. Erant ibi puelle nigre indute pice et sulfure. Et in igne erant ornate serpentibus et dragonibus, ubi erant diaboli habentes cornua in medio frontium sicut bestia que dicitur unicornus[232] percutientes eas dicentes, 'Agnoscite[233] Christum filium dei uiui.' Paulus interrogauit angelum que essent iste puelle nigre. Respondit, 'Hec sunt que se maculauerunt[234].'

[8] Vidit Paulus iterum unum locum tenebrosum plenum uirorum et mulierum qui commedebant linguas suas sicut canes exurientes[235] commedentes ossa mortuorum[236]. Interrogauit Paulus angelum qui essent. Respondit angelus, 'Hii sunt feneratores qui pecuniam suam dederunt ad usuram, falsi aduocati, et falsi Iudei. Propter hoc sustinent hanc penam inferni[237].'

[9] Vidit postea Paulus uiros et mulieres ualde exurientes[238] fortiter

somehow suggested by a version like I or VIII: qui furtum fecerunt et rapinam et luxuriam (i.e. they are concupiscentes): see *S. Vis. P.*, p. 153, l. 24, and p. 210, ll. 15-17). The group immersed ad supercilia, in the phrase qui gaudent de malo proximi sui, echoes IV (Brandes, p. 76, ll. 26-27) and parallels many of the other redactions, but their description as traditores, periurii, mentientes, is unique.

(228) Sic!

(229) non recedunt a pugna.] This curious statement is evidently a corruption of something like non recordantur venire ad penitenciam, in IV (Brandes, p. 76, ll. 23-24).

(230) Ms. et .

(231) Sections 7-10 change the order of sinners from that of IV as listed in *S. Vis. P.*, p. 53, thus: sections 5, 4, 6^2, 6^1 (cf. Brandes, p. 76, l. 28 — p. 77, l. 18), but this corresponds with the order of several variant versions: see *S. Vis. P.*, p. 113, n. 51.

(232) in medio... unicornus.] See above, n. 107 and its context.

(233) Ms. Ignoscite.

(234) Omits that they sinned cum parentibus and killed their children, as in some texts of IV (Brandes, p. 77, n. 2) and in other redactions.

(235) =esurientes. See n. 226 above.

(236) sicut canes... mortuorum.] Peculiar to this redaction.

(237) The angel's response follows the language of IV (Brandes, p. 76, l. 30 — p. 77, l. 1), but the words falsi aduocati, et falsi Iudei, are new. They suggest a development based on a text combining something like III, sections 7 and 8 (*S. Vis. P.*, pp. 172-175).

(238) See n. 235.

rudientes propter fames[239] multosque fructos habentes circa se et non poterant sumere quicquam ex eis fructibus. Interrogauit Paulus angelum dicens[240], 'Illi miseri qui sunt qui talem famem patiuntur?' Respondit angelus, 'Hii sunt qui ieiunia et uigilias apostolorum soluerunt[241], nec quatuor tempora que co<n>stituta sunt [f. 177r] a sanctis patribus noluerunt ieiunare nec quadragesima. Et ideo moriuntur fame, quia non habent panem illum quem dominus dixit, "Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Qui commederit[242] ex hoc pane uiuet in eternum[243]".'

[10][244] Vidit Paulus innumerabiles uiros in loco glaciei[245] et ignis <mediam partem urebat et> mediam partem frigebat. Interrogauit Paulus angelum qui essent. Respondit, 'Hii sunt sacerdotes et leuite, monachi et hermite, religiosi ostendentes custodire legem dei sicut ypocrite, et non fuerunt casti in cordibus suis sicut domino promiserunt et fuerunt auari, inuidi, superbi.'

[11] Paulus audito hoc cepit amare flere. Dixit ei angelus, 'Paule, cur fles? Adhuc non uidisti maiores penas inferni.' Ostendit ei puteum cum .vii^{m}. sigillis sigillatum. Et dixit angelus, 'Sta a longe, ut ferre possis fetorem putei.' Et aperuit puteum. Surrexit inde innumerabilis fetor et orribilis habens in se multa mala centies millies peiora quam uobis nescio dicere. Et dixit angelus Paulo, 'Si quis mittetur in hoc puteo non fiet de eis commemoratio in conspectu domini altissimi.' Et ait ei Paulus, 'Qui sunt miseri qui mittuntur in eo?' Respondit angelus, 'Hii sunt proseliti falsi Cristiani, Iudei, Sarraceni, et omnes qui non credunt firmiter Christum uenisse in carne humana et non sunt communicati de corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi[246]'.

[12] Vidit postea Paulus unum locum tenebrosum plenum uiris et

(239) ualde exurientes... fames.] Added by the present redaction, which at the same time omits the characteristic phrase super canelia ampnis (or a variant) of some though not all of the texts of IV and its dependents (Brandes, p. 77, l. 16; but contrast *S. Vis. P.*, p. 114, n. 54). This phrase depends ultimately on the Long Latin (James, p. 32, section 39). See also II and III (*S. Vis. P.*, p. 157, l. 24, and p. 176, l. 6).

(240) Ms. dicentes.

(241) Ms. non soluerunt. Cf. VIII (*S. Vis. P.*, p. 211, l. 19 and n. 19).

(242) Ms. commederint.

(243) The angel's response specifying the fasts and quoting John, vi. 51-52, are interpolated by the redactor.

(244) Section 10 combines sections 6[1] and 7 of IV (Brandes, p. 77, ll. 13-14, and 20-23; *S. Vis. P.*, p. 53); then characteristically expands episcopus negligens to include various hypocritical religiosi. See above, context between nn. 107 and 108.

(245) Ms. glaties.

(246) This account of the sinners adds the terms proseliti falsi Christiani, Iudei, Saraceni, and omits their denial of the Virgin Birth. No other redaction is quite parallel, but II speaks of gentiles et Iudei (*S. Vis. P.*, p. 158, l. 7), and I and VII call the sinners gentiles and omit the belief in the Virgin Birth (*S. Vis. P.*, p. 155, ll. 2-4, and p. 212, ll. 6-8). Cf. above, the context between nn. 107 and 108.

mulieribus[247], in quo stabant anime unam[248] super aliam sicut oues in ouili, et audiuit gemitus cum suspiria eorum[249] quasi tonitrua innumerabilia.

[13][250] Vidit tunc Paulus unam peccatricem animam a diaboli .vii^{m}. portatam et plorantem. Eodem die erat egressa de corpore suo. Et deposuerunt eam et dicebant, 'Transi si potes.' Videns autem angelus anime dixit, 'Ve, ue, anima, que uenisti de terra.' Anima illa incepit legere cartam suam, in qua erant scripta omnia peccata [f. 177^{v}] sua que fecerat a sua natiuitate usque ad finem suum, dicens[251], 'Ego uestra sum, quia o<m>nibus diebus uite meo uobis seruiui et propter hoc ad infernum uado.' Diaboli gaudentes illa<m> stridendam[252] dentibus suis ligauerunt manibus.

[14][253] Vidit Paulus post hec aliam animam iustam et bonam ab angelo ferentem[254] tunc erat egressa de corpore. Et uidit milia milium angelorum dicentium, 'O sancta et felicissimi anima, que fecisti uoluntatem dei tui.' Tunc dixerunt, 'Videamus si potest transire pontem.' Illa incepit legere cartam suam, in qua erant scripta omnia bona que fecerat. Tunc diabolus hostiarius incepit uociferare et plorare tanquam canis, et alii demones clamantes et dicentes, 'Angeli dei, oramus uos ne permittatis ista anima hinc transire ut ipsa apud nos maneat usque aduentum Ihesu Christi.' Et angeli dixerunt, 'Cur tantum moramur in istis uerbis otiosis?' Et leuauerunt eam cum magno iubilo dicentes, 'Christus uincit, Christus regnat, Christus imperat!' Illi appropinquantes deo dicebant, 'Euge! serue bonus et fidelis, intra in gaudium domini tui!' Tunc suscepit eam Michael archangelus et uocauit[255] eam in paradiso.

[15] Anime que erant in inferno clamabant et dicentes, 'Miserere nostri'[256].

(247) Omits the phrase et vermes et serpentes comedentes eos, as found in IV (Brandes, p. 78, ll. 8-9). Cf. III and V (*S. Vis. P.*, p. 180, ll. 14-15, and p. 200, ll. 16-17).

(248) Sic! Cf. *Bar 28* (text 1, section 4, above): plena animabus unam super aliam.

(249) Ms. eorum eorum.

(250) For this section and its interpolations see above, nn. 103-6 and their context.

(251) Ms. dicentem.

(252) Ms. Illa stridendo.

(253) See n. 250 above.

(254) See n. 206 above.

(255) Redaction IV: collocavit (Brandes, p. 78, l. 27). Cf. V and VIII (*S. Vis. P.*, p. 201, l. 7, and p. 212, l. 23).

(256) Ms. ends, incomplete, with opening sentence only of IV, section 10, hence most of section 10 and all of 11 are omitted (Brandes, p. 78, l. 30 — p. 80, l. 6; and *S. Vis. P.*, p. 53).

(5) Redaction X

[Venice, San Marco, *Cod. lat. VI. 30*].

[fol. 79r] Visio sancti pavli.

Dies dominicus dies electus est, in quo gaudent angeli et arcangeli.

[1] Fratres karissimi, interrogandum est quis primus rogauit dominum ut anime haberent quamuis requiem in inferno in die dominico. Sanctus Paulus et sanctus Michael arcangelus quando fuerunt ad infernum, quia uoluit deus ut Paulus apostolus uideret penas inferni. Misit Mi/[fol. 79v] chaelem arcangelum ut ostenderet ei peccatores. Oportet nos, karissimi fratres, timere penas inferni et amare delicias paradisi, que ostense sunt sancto Paulo quando fuit in carne. Et tulit eum Michael in celum et ostendit ei fundamentum celi super flumen aque infernalis.

[2] Vidit ipse locum terribile ubi non erat lux sed tenebre et tristicia et suspiria. Et erat ibi flumen igneum feruens, et fluctus illius exaltabatur ad celum. Et nomen eius Cocitus.

[3] Vidit autem Paulus ante portas inferni arbores igneas et peccatores suspensos in eis. Alii pendent pedibus, alii manibus, alii linguis, alii capillis, alii labia, alii collo. Et iterum uidit aliam arborem et fornacem per iiiior flammas diuersis coloribus et multi pereunt in ea : primi fame, alii siti, alii igne, alii frigore, alii uermibus, alii fetore, alii fumo. Et in ipsam fornacem inmittuntur anime peccatorum qui non egerunt in hoc mundo penitenciam. Alii flent, alii ardent, alii querunt mortem et non inueniunt, quia anima numquam moritur.

[3a] Fratres karissimi, timendus est locus inferni nobis, in quo est tristicia sine leticia, in quo est dolor sempiternus, in quo est habundantia lacrimarum propter cruciationem dolorum animarum, in quo est rota ignea habens mille orbitas, mille uicibus in una hora percussa rota, dico, ab angelo tarthareo, in unaquaque uice mille anime cremante.

[3b] Et postea uidit Paulus flumen orribile, in quo erant multe diabolice bestie quasi pisces in medio maris, que animas peccatrices deuorant sine ulla misericordia quasi lupi deuorant oues. Et desuper illo flumine est pons et per eum pontem transeunt anime iuste sine ulla dubitacione et anime peccatrices unaqueque secundum aduentum suum. Ibi in loco suo mansiones parate sunt, sicut dominus dicit in euangelio, 'Ligate per fasciculos ad comburendum,' id est, similes cum similibus : adulteri cum adulteris, rapaces cum rapacibus, iniqui cum iniquis. Tantum potest unusquisque ire per pontem quantum habet meritum secundum opera sua.

[4] Et erat ibi ingens draco habens in collo mille capita et in unoquoque capite mille dentes, et oculi eius quasi gladius acutus, semper ore aperto

absorbens cunctas animas. Et nomen eius Patinut. Ab eo omnes serpentes procedunt et omnia genera uermium. In os eis mittuntur omnes satrape terre et auctores et mali ministratores et accusatores cum malis moribus suis.

[5] Et uidit ibi Paulus multos homines dimersos in flumine igneo, alios usque ad genua, alios usque ad umbilicum, alios usque ad labia, alios usque ad oculos. Et plorauit Paulus et suspirauit, et interrogauit angelum qui essent illi qui sunt dimersi usque ad genua. Et dixit angelus, 'Hii sunt qui se intromittunt de sermonibus alienis et qui detrahunt multos in ecclesia. Dimersi autem usque ad umbilicum, hii sunt qui fornicantur et sumunt corpus et sanguinem domini immundi et ita uixerunt usque ad mortem et non egerunt penitenciam. Dimersi usque ad labia, hii sunt qui lites faciunt et qui in ecclesia uel extra ecclesiam nolunt audire uerbum domini nec alios audire desinunt et non sunt pacifici.'

[6] Et uidit alium locum plenum uiris et mulieribus, et erat fouea alta plena animabus, et serpentes commedebant linguas earum. Tunc fleuit Paulus et dixit, 'Qui sunt hii, domine?' Angelus respondit, 'Hii sunt qui non crediderunt in domino, nec fidem nec caritatem habuerunt [fol. 80r] in illum'. Et dixit Paulus, 'Quanta loci illius profunditas?' Respondit angelus, 'Hic abissus est non habens mensuram et feruens omnibus diebus. Cum anima in hunc locum mittitur numquam fundum tangit.' Hoc audiens Paulus ingemuit et fleuit. Et dixit angelus, 'Quid ploras, Paule? Hii sunt quos redemit dominus sanguine suo. Et dedit unicuique uoluntatem et tempus penitencie et neglexerunt.'

[7] Postea uidit terribilem locum ubi erant uiri et mulieres linguas suas commedentes et uermes in circuitu eorum commedentes eos. Et dixit angelus Paulo, 'Hii sunt mali diuites qui misericordiam non habuerunt in pauperes Christi et auari et fornicatores et qui usuras accipiunt.'

[8] Deinde uidit alium locum et murus igneus ardebat, in quo erant mulieres commedentes linguas suas, quas designabant incantatrices.

[9] Rursumque in alio loco uidit uiros et mulieres nigras ualde. Et dixit angelus Paulo, 'Hii sunt qui fornicantur proprias mulieres et hee sunt qui fornicantur proprios uiros.'

[10] Et uidit ibi puellas nigras et iiii^{or} angelos malignos tenentes cathenas igneas, quas mittebant in ceruicibus earum. Et dixit angelus Paulo, 'Iste sunt false puelle que non seruabant castitatem et uirginitatem.'

[11] Iterum uidit uiros et mulieres et cibus dulcissimus prepositus erat eis et non poterant ex eo sumere. Et dixit angelus, 'Isti sunt qui non custodierunt ieiunia.'

[13] Postea iterum uidit in alio loco mulieres indutas pannis et pice et sulphure et igne et drachones et serpentes circa colla sua, et angeli iniqui cum cornibus suis igneis percruciebant eas. Et dixit angelus, 'Iste sunt que occiderunt infantes suos et iactauerunt in flumina et stercora.' Et angeli iiii^{or} in circuitu earum increpantes eas et dicentes, 'Agnoscite filium domini, qui uos redemit sanguine suo.'

[14] Et fleuit Paulus et dixit, 'Ve uobis peccatoribus ut qui nati estis!' Et dixit angelus, 'Quid ploras, Paule? Numquid maiora supplica uidisti? Sequere me et uidebis septies maiora tormenta.'

[15] Et ostendit puteum sigillatum .vii. sigillis. Et apertum est os putei et surrexit quidam fetor durus et peior inferno. Et uidit muros igneos iactantes se ex utraque parte. Et dixit angelus Paulo, 'Si quis mittatur in puteum istum numquam fiet ex eo memoria. Hii non sunt baptizati et non crediderunt in Patrem et Filium et Spiritum sanctum.' Et erat profunditas illius putei quasi de celo ad terram; et quando os eius apertum est auditus est sonitus tamquam tonitrua magna.

[15a] Et interrogauit Paulus angelum quante sunt pene inferni. Respondit angelus, 'Centum .xliii^{or}. millia sunt maiores pene inferni. Et de minoribus penas, si essent .c. uiri loquentes ab inicio mundi et unusquisque habuisset .iiii^{or}. linguas ferreas, non potuissent enarrare minores penas inferni uel dinumerare.'

[17] Et Paulus et Michael aspiciebant in celum et terram et uidebant animas peccatrices inter .vii. diabolos ululantes deducentes eas de corpore, et clamabant omnes angeli, 'Ve miseras animas, que opéra fecistis in terra maligna!' Et diaboli susceperunt eas mittentes in tenebras externas, ubi erat fletus et stridor dencium. Et ululatus magnus erat in inferno. Et ait angelus Paulo, 'Credis quia sicut fecerit homo sic accipiet?' Et ait Paulus, 'Credo.'

[18] Postea cito occurrerunt angeli ad eas iustas animas, de corpore portantes eas ad celum. Et audita est uox milia milium angelorum le/[fol. 80^{v}] tancium et dicentium pro eis, 'O animas felicissimas, o letas sponsas, o beatas in Christo, letare hodie quia fecistis uoluntatem domini!'

[19] Et de omnibus qui in inferno sunt, uidentes animas iustas et angelos ascendentes cum eis [ms. eas] in paradiso, [et] clamor factus est quasi celum et terram commouentur. Et fleuit Paulus et omnes qui in inferno erant et clamabant et ululant. Et ecce mouebatur celum et filius domini descendebat de celo et diadema habens in capite suo. Et iterum clamabant omnes anime mortuorum, 'Miserere nobis, domine, miserere nobis! Prosit nobis aduentus tuus, domine!' Mox dixit Christus, 'O maledicti, nullum bonum fecistis nec penitenciam nec ieiunium nec elemosinam, quare estis in penis. Cur postulastis a me ueniam cum nichil boni fecistis?

Quid passi estis propter me? Crucifixus fui propter uos, lancea perforatus, clauis fixus. Mortuus fui propter uos. Vos non redemi auro nec argento sed meo sanguine. Vos <fuistis> fures, auari, superbi, inuidiosi, mendaces, cupidi in terrenis actibus.' Et iterum clamabant, 'Sancte Michael, ora pro nobis ! Sancte Paule, interpella pro nobis ad dominum !' Et ait Michael, 'Nunc flete et ego flebo uobiscum et omnes angeli domini et Paulus ut propicius sit uobis dominus et misereatur uestri et refrigerium det uobis.' Audientes hoc qui in penis erant, clamabant una uoce dicentes, 'Miserere nobis, rex glorie !' Et dixit iterum Christus, 'Quid boni fecistis?' Mox prostrauit se Paulus et angelus Michael et milia milium angelorum ante filium domini et ut anime haberent requiem in die dominico petebant. Statim dominus dixit, 'Nunc propter Michaelem et Paulum et propter omnes sanctos qui offerunt oblationes in terra pro uiuis atque defunctis et maxime pro misericordia mia do uobis requiem omnibus qui estis in penis in inferno ab hora nona sabbati usque ad secunda feria hora prima.'

[20] Hoc audientes hostiarius inferni qui uocatur eternalis [*sic !* Cf. *mss. alia*, *aut* Erner, *aut* Malis, *aut* Tenal, *aut* Hestronel] et canis eius Cerberus exaltauerunt capita sua super omnes penas inferni et contristati sunt ualde. Et letati sunt omnes qui erant in penis in inferno et clamabant una uoce dicentes, 'Benedicimus te, Christe filii domini, qui es dignatus dare nobis refrigerium. Plus proficit nobis dies dominica et nox quam omne tempus uite nostre super terram'.

[21] Beati qui custodiunt diem dominicum. Ipsi habent pacem cum domino in secula seculorum. Fratres, nos tanta mala audientes conuerti debemus ad dominum nostrum Ihesum Christum ut regnemus et uiuamus cum eo in secula seculorum. Amen.

(8) Redaction IV (extract).

[San Marino, California, Huntington Library, *Cod. El. 26. A. 3*][257]. [fol. 209^{v}] Item inueni in alio loco quomodo Sanctus Michael archangelus duxit Sanctum Paulum ad omnia loca inferni. Et libellus incipit sic: Dies dominicus dies est electus, [fol. 210^{r}] in quo gaudebunt angeli et archangeli maior diebus ceteris, et cetera[258]. Et quomodo Sanctus Michael prostrauit se, et Paulus et milia milium angelorum ante filium dei, ut requiem haberent die dominico omnes qui erant in inferno. Et ait dominus, 'Propter Michaelem et Paulum et angelos meos, et propter

(257) Reproduced by permission of *The Huntington Library, San Marino, California*, to which the present writer is also grateful for a photostat of the text.

(258) Brandes, p. 75, ll. 1-2.

bonitatem meam maxime, dono uobis requiem ab hora nona sabbati usque in prima hora secunde ferie[259].'

Verum letati sunt omnes qui crudeliter ibi cruciebantur ac clamauerunt dicentes, 'Benedicimus te, fili dei excelsi, qui dedisti nobis refrigerium in spacio unius diei et noctis.'[260] Ideo qui custodierint ipsum diem sanctum habeant cum angelis dei partem. Et interrogauit angelum Paulus, 'Quot penes sunt in inferno?' Cui angelus, 'Sunt pene centum xl^{a} .iiii^{or}. milia. Et si essent centum uiri loquentes ab inicio mundi et unusquisque centum et quatuor linguas ferreas haberent, non possent dinumerare penas inferni.' Nos ergo, fratres karissimi, audientes ista mala conuertamur ad dominum, ut cum ipso regnemus et uiuemus in secula seculorum. Amen[261].

Finis est libri ubi hec omnia inueni. Amen.

Théodore SILVERSTEIN.

(259) Et quomodo... secunde ferie.] BRANDES, p. 79, ll. 16-22.
(260) Verum letati... diei et noctis] BRANDES, p. 79, ll. 24-26.
(261) Ideo... Amen.] BRANDES, p. 79, l. 29 — p. 80, l. 6.

LE *DE CONDITIONE ANGELICA ET HUMANA* ET LES *SENTENTIE ANSELMI*

Le manuscrit conservé dans la bibliothèque de Verdun sous le numéro 54[1] est un manuscrit de petit format (175×110), mais épais (177 folios), écrit sur parchemin, à longues lignes, vingt-six à la page, rayées à l'encre, en minuscule très nette du XII^e^ siècle, avec titres en rubriques et initiales majuscules rouges. Il contient : du f. 1 au f. 14v, le *Unde malum* de saint Augustin ; du f. 15 au f. 70v, le *De libero voluntatis arbitrio*, également de saint Augustin ; du f. 71 au f. 117v, le *Cur Deus homo* de saint Anselme de Cantorbéry ; du f. 118 au f. 163v, l'*Elucidarium* d'Honorius (le f. 151 est mutilé) ; du f. 163v, 9^e^ ligne, au f. 176v, un texte anonyme sous le titre *Incipit liber de conditione angelica et humana.* Le f. 177 porte sur son recto deux lignes espacées : *Unde diverse habentur sentencie* et *Ramus olive significat caritatem que semper virel.* Le verso du f. 177 est blanc.

Ce manuscrit a appartenu à la bibliothèque de l'abbaye bénédictine de Saint-Vanne, à Verdun, comme le prouve l'inscription *Monasterii Sancti Vitoni. 21 Codex*, qu'une main récente a tracée sur le premier folio.

Il n'est pas indifférent de remarquer que tous les textes contenus dans ce manuscrit et la première ligne du f. 177 ont été transcrits par la même main. Les deux derniers textes portent, de cette même main, un certain nombre de courtes corrections marginales, interlinéaires ou écrites dans le texte après grattage. L'*Elucidarium* porte le titre *Incipit liber quidam de multis causis* et le texte d'Honorius est précédé de la note suivante : « Legenti in hoc libro illa sententia occurat : Botrum carpe, spinam cave. Ne autem sibi grave esse errores discernere causetur, ubi aliquid quod a veritate vel sensu deviet timetur, r litteram desuper in margine notatam inveniet. Non aliquid catholicae fidei contrarium vel quod haeresi ascri-

(1) Cf. *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements*, in-4°, t. V, p. 461.

batur hic esse putetur : liber enim in multis utillimus est et ad multas laicorum vel litteratorum quaestiones respondendas sensum aperit ». Le scribe a signalé en effet par la lettre *r* inscrite en marge onze passages de l'*Elucidarium* et deux passages du *De conditione angelica et humana.* Une main sensiblement plus récente a porté quelques nouvelles corrections, a inscrit *Nota* en marge de nombreux passages et a écrit la deuxième ligne du f. 177.

Il s'agit donc d'un manuscrit soigné, mais simple, constituant un recueil homogène, un même scribe y ayant réuni, si l'on en juge du moins par les quatre premiers textes, des œuvres importantes, au début du XII^e^ siècle, pour l'étude des problèmes de théologie doctrinale. C'est un manuscrit de travail assez caractéristique.

Je fus naguère amené à examiner, puis à utiliser ce manuscrit lorsque j'étudiais et éditais l'*Elucidarium:* c'était mon manuscrit *O*[2]. J'avais alors remarqué le *De conditione angelica et humana;* j'avais reconnu qu'il s'agissait d'une collection de sentences inédite, très proche des *Sententie Anselmi*[3] et je m'étais promis de revenir ultérieurement à loisir sur ce texte pour le considérer de près et déterminer les rapports exacts existant entre lui et la grande collection de l'école de Laon. Je pensais alors qu'une simple notice suffirait et que je pourrais me contenter de signaler l'existence de ce recueil ignoré jusqu'à présent, en disant brièvement ce qu'il nous apporte de neuf. Je me suis aperçu depuis que les parties originales du *De conditione* étaient trop étendues et trop intéressantes pour que l'ouvrage ne fût pas publié *in extenso.* Je ne prétends pas qu'il représente un apport doctrinal important, loin de là. Mais il est curieux et instructif de voir et d'étudier la forme qu'il donne aux sentences dont on retrouve la substance dans les *Sententie Anselmi*, ainsi que les développements explicatifs supplémentaires qu'il nous offre. Il constitue certainement un document fort utile à qui veut mieux connaître les conditions dans lesquelles les collections de ce genre ont été rédigées et même les méthodes d'enseignement ou de discussion qui étaient pratiquées dans les milieux théologiques du XII^e^ siècle.

On trouvera donc ci-dessous l'édition de ce texte. Comme je me suis astreint à le comparer ligne par ligne aux *Sententie Anselmi*, j'ai pensé qu'il serait avantageux de publier en même temps le résultat de cette collation : j'ai donc assorti le texte de notes contenant les références aux *Sententie Anselmi.*

(2) Cf. *L'Elucidarium et les Lucidaires*, Paris, de Boccard, 1954, *passim* et notamment p. 25 et 56.

(3) *Anselms von Laon systematische Sentenzen*, herausgegeben von Fr. Bliemetzrieder, *Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters (Beiträge Baeumker)*, XVIII, 2-3, Münster, 1919.

Qu'il me soit permis en outre d'exposer rapidement les conclusions auxquelles je suis pour ma part arrivé sur les rapports du *De conditione* et des *Sententie Anselmi*.

***

La ressemblance du *De conditione* et des *Sententie Anselmi* est évidente, dès le premier abord, si l'on considère la nature et l'ordre des questions traitées. Après avoir affirmé que Dieu a créé des êtres capables de participer à sa béatitude, l'auteur du *De conditione* discute et résout les questions qui se posent au sujet de : la création des anges, leur nature, la chute des démons, le libre arbitre des anges et des démons et la hiérarchie des anges, la création de l'homme, la nature de son âme, douée du libre arbitre et faite à l'image de Dieu, son corps mortel, la création de la femme, le paradis, l'envie du démon, la tentation, la responsabilité de l'homme et de la femme, l'atteinte à la volonté de Dieu, la nature du péché et ses conséquences sur le libre arbitre, l'homme chassé du paradis. L'auteur traite ensuite longuement de la transmission du péché originel pour en arriver à expliquer la Rédemption par le sacrifice du Fils de Dieu incarné. L'ouvrage se termine par des définitions relatives aux trois vertus de foi, d'espérance et de charité et une discussion sur la question de savoir si l'on peut perdre la charité une fois qu'on l'a possédée. Le *De conditione* ne correspond pas aux *Sententie Anselmi* dans leur ensemble, mais, si l'on amputait le célèbre recueil de l'école de Laon de son début sur la Trinité et de sa fin sur les sacrements, on aurait une collection de sentences traitant très précisément des mêmes sujets, et selon le même plan, que le *De conditione*. On a tôt fait d'ailleurs de s'apercevoir que la ressemblance est, en réalité, beaucoup plus profonde encore, car elle porte sur le détail même de l'exposé. Si l'on confronte les deux textes, on remarque (et les notes jointes à mon édition du *De conditione* en rendent nettement compte) que le *De conditione* discute les mêmes problèmes, dans le même ordre, avec les mêmes arguments et les mêmes citations scripturaires ou patristiques que les *Sententie Anselmi*, sauf quelques exceptions sur lesquelles nous reviendrons.

Doit-on, en conséquence, abandonner le terme de ressemblance pour dire que les deux textes sont à peu près identiques? Ce serait faire bon marché des différences qui les opposent.

La première de ces différences, et la plus importante, réside dans la forme. L'auteur du *De conditione*, lorsqu'il expose exactement les mêmes idées que les *Sententie Anselmi*, emploie d'autres mots, d'autres constructions, un autre style. La meilleure preuve en sera donnée par un simple exemple. Comparons ce qui est dit dans les deux textes de la chute de Lucifer, une des toutes premières questions traitées par le *De conditione :*

De conditione

Notandum etiam nobis quod, cum multos fecerit angelos, unum tamen omnibus aliis excellentiorem creavit et ille a quibusdam vocatus est Lucifer. Et quia digniorem aliis creaverit, auctoritate Job comprobatur, ubi dicitur : Ipse est principium omnium viarum Dei, id est ipse est caput, dignior pars, omnium viarum, id est actionum Dei. Hoc etiam testatur beatus Gregorius super eundem locum dicens : Deus, qui cuncta creavit, illum excellentiorem omnibus aliis creavit. Et in Iezechiele de eo legitur : Omnis lapis preciosus operimentum tuum, quod ita est intelligendum : Omnis lapis, id est omnis alia creatura, est ornamentum tui sicut excellentioris creaturae. Et quia in ultimo puncto suae creationis suam essentiam indissolubilem esse et magnitudinem suae scientiae cognovit, ideo statim superbivit et invidit et, quia in obedientia in qua creatus erat numquam permansit, ideo a gloria cecidit. Quod autem superbierit et inviderit, hoc habemus in Ysaia, ubi dicitur : Conscendam super astra caeli, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis et ero similis altissimo. Super astra, id est super angelos. Et ecce superbia, dum alios quasi se inferiores despexit et se illis praetulit. Ubi autem dixit : Similis ero altissimo, plane creatori invidisse convincitur et illa invidia per deliberationem habitam in creatorem fuit illi inremissibile peccatum.

Sententie Anselmi

Creavit deus inter ceteros angelum unum, non ordinem, sed spiritum individualem, qui in sacra scriptura lucifer appellari solet, huncque aliis digniorem in sua creatione constituit. De eo dicens loquens ad beatum Job dicit : Ipse est principium viarum dei, id est principale opus inter omnia opera dei, et Gregorius super eundem locum : Deus qui cuncta creavit, hunc eminentiorem cunctis condidit — nam etsi equalem, quod quidem incertum est, supra se tamen nullum habuit — et Ezechiel de ipso dicit : Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, id est, omnes angelici spiritus tibi subjecti, tibi venerationem exhibentes, et te quasi vestimentum pretiosum circumornantes. Hic quoque lucifer, quia in tanta dignitate se sublimatum vidit, ceteros angelicos spiritus superbiendo contempsit, et deo creatori suo invidendo ipsi parificari voluit. Sicut de eo legitur in Ysaia : Conscendam supra astra celi, id est, super angelos exaltabor — ecce superbia, — sedebo in montem testamenti, in lateribus aquilonis, et ero similis altissimo — ecce invidia ; deo enim de sua altitudine invidebat. Verba quidem non dixit, sed hec cogitando voluit.

Quia ergo et alios contempsit, et creatori suo, invidia in eum per deliberationem habita, superbe parificari voluit, inremissibiliter peccavit...

Sans doute, il y a des rencontres de mots. Comment s'en étonner quand ce sont les mêmes concepts qui sont maniés dans les deux textes ? Il arrive que l'identité d'expression porte sur des éléments de phrase ou même, parfois, des phrases entières. Quand elle porte, comme cela se trouve par la suite, sur l'énoncé de certaines questions[4] ou sur l'argumen-

(4) Voir, par exemple, la question (sous le numéro de rappel 19) *Quaeritur etiam si Adam, dum ista in eum fierent, eorum quae fiebant aliquam habuerit notitiam*, correspondant à la question des *Sententie Anselmi* (p. 58, l. 10) : *Sed queritur, si Adam, dum ista in eum fierent, aliquam habuerit notitiam eorum que fiebant.*

tation de certaines discussions[5], on peut se demander si l'emploi de formules courantes dans les milieux scolaires ne s'est pas tout simplement imposé à chacun de nos deux auteurs. Mais certaines rencontres ne peuvent guère être fortuites. Que l'on considère, par exemple, à la fin du passage transcrit ci-dessus, les expressions « ecce superbia » ou « invidia per deliberationem habitam in creatorem » qui correspondent, dans le *De conditione*, aux termes utilisés dans les *Sententie Anselmi*. Il y aurait là de quoi démontrer que les deux textes dérivent l'un de l'autre ou ont une source commune.

Il faut cependant reconnaître que l'auteur du *De conditione* a pensé et écrit ses phrases d'une façon qui lui est personnelle. Il a d'ailleurs beaucoup moins de vigueur d'esprit et beaucoup moins d'aisance que l'auteur des *Sententie Anselmi*. Son texte est non seulement maladroit ; il est parfois fautif. Certaines de ses citations scripturaires ou patristiques sont inexactes[6] et il lui arrive de prendre un mot pour un autre[7].

On pourrait poursuivre de bout en bout la comparaison entre les deux textes ; on s'apercevrait que tout se passe comme si l'auteur du *De conditione* s'était inspiré des *Sententie Anselmi* ou d'une source commune, mais en avait récrit les discussions à sa manière : il emprunte certaines expressions exactement, il en déforme d'autres maladroitement, il trouve pour d'autres des termes nettement différents. Bref, il pense et il rédige, à partir d'éléments communs, une œuvre originale en sa forme et, du reste, moins vigoureuse.

Il y a d'autres différences. C'est d'abord le déplacement de certaines questions : l'auteur du *De conditione* ne suit pas toujours exactement l'ordre des *Sententie Anselmi*[8]. J'ai eu beau chercher toutes les raisons de forme ou de fond qui auraient pu provoquer de tels déplacements : je n'en ai trouvé aucune qui fût logique ou plausible. On ne peut d'aucune manière préférer un ordre à l'autre ni expliquer le passage de l'un à l'autre par quelque accident de transcription. Il semble bien qu'il faut voir là l'effet d'un pur hasard, étranger à toute volonté délibérée et à tout déterminisme matériel.

Ce sont ensuite les omissions. Le *De conditione* ne souffle mot de quelques

(5) Voir notamment le passage portant le numéro de rappel 52.

(6) Voir notamment la citation du psalmiste à la fin du passage portant le numéro de rappel 9 : l'auteur du *De conditione* a confondu *Ps.* XV 10 et *Ps.* LXXXV 13. Voir la citation de Grégoire dans le passage numéroté 4 et celle d'Augustin dans le passage numéroté 37. On peut constater que l'auteur du *De conditione* ne fait qu'une allusion de mémoire, à la fin du passage numéroté 9, au texte de *Job*, alors que les *Sententie Anselmi* en donnent la citation exacte.

(7) Dans le passage numéroté 17, il écrit *confirmatione* là où les *Sententie Anselmi* donnent avec raison *conformitate*.

(8) Voir les notes 7-11, 19-20-21, 26-27, 29-30-31, 34-35, 46-50, 55-57, 64-65, 67-69-70, 76-77-80-81-82.

grands problèmes longuement traités dans les *Sententie Anselmi*[9]. L'auteur du *De conditione* aurait-il eu le souci de ne pas aborder certaines questions trop compliquées ou le souci de limiter son exposé à un objet moins vaste et plus précis ? On pourrait alors considérer son ouvrage comme un extrait des *Sententie Anselmi*, organisé autour des seuls problèmes que pose la condition des anges et de l'homme. Mais on ne verrait pas très bien alors ce que représentent les derniers paragraphes, consacrés aux vertus. En tout cas, il serait encore plus difficile, sinon impossible, d'expliquer les omissions de détail. Or elles sont nombreuses tout au long du texte[10].

Ce sont enfin les additions. On peut en distinguer deux sortes. D'une part, le *De conditione* mentionne de courtes questions dont il n'y a pas trace dans les *Sententie Anselmi*[11]. D'autre part et surtout, le *De conditione* développe largement des arguments tout juste signalés dans les *Sententie Anselmi*[12]. Les *Sententie Anselmi* paraissent parfois avoir résumé une tradition que le *De conditione* nous transmet sous une forme plus ample.

***

Une conclusion générale paraît s'imposer à la suite de ces brèves remarques. Il me semble impossible d'admettre que l'auteur du *De conditione* ait travaillé à partir des *Sententie Anselmi*. On ne peut croire qu'il se soit appliqué à transformer toutes les phrases. Pourquoi, de plus, aurait-il fait des omissions et des déplacements inexplicables ? Pourquoi surtout et comment aurait-il développé des arguments simplement signalés dans les *Sententie Anselmi* ? On accordera aisément qu'il est interdit de penser que ce sont les *Sententie Anselmi* qui ont été rédigées à partir du *De conditione*, pour la plupart des mêmes raisons et en particulier parce que les *Sententie Anselmi* sont d'une tout autre valeur. Je ne vois qu'une explication aux similitudes si frappantes qui unissent ces deux textes, ainsi qu'à leurs différences. Ils dérivent tous les deux d'une source commune. Mais il ne s'agit pas d'une source écrite, car on n'expliquerait pas alors les différences. Il faut supposer une source commune orale.

L'auteur du *De conditione* a écrit son recueil d'après des notes prises au cours d'un exposé oral d'après lequel a également été rédigé le recueil des *Sententie Anselmi*, ou d'un exposé du même genre et de la même école,

(9) Ce sont, dans les *Sententie Anselmi*, le début jusqu'à p. 48, l. 12 (Trinité), p. 49, l. 15 — p. 51, l. 11 (libre arbitre), p. 68, l. 11 — p. 73, l. 2 (le péché, le mal et la transmission du péché originel), p. 78, l. 4 — p. 80, l. 12 (péché et loi naturelle et écrite), toute la fin après p. 84, l. 13 (très longs développements sur les sacrements).

(10) Voir les notes 2, 4, 5, 9, 11, 13, 14, 17, 22, 28, 29, 40, 54, 55, 65, 69, 72, 76 et 81.

(11) Voir les notes 8, 16, 24, 32, 39, 41, 43, 53, 56, 58, 61, 66, 68, 71 et 79.

(12) Voir les notes 45, 47, 49, 60, 63, 65 (où il est fait mention d'une doctrine attribuée à Guillaume de Champeaux), 67 et 74.

antérieur ou postérieur. Les différences s'expliquent alors à la fois par le fait que les deux auteurs ont utilisé leurs notes personnelles chacun de leur côté et par le fait que l'exposé pouvait être partiellement différent.

Je sais que cette hypothèse va contre les conclusions de dom Lottin, qui se refuse à croire que les recueils de sentences de l'école de Laon sont des *reportationes*, des traités écrits d'après des notes de cours[13]. Il se refuse à croire, en effet, qu'au début du XII^e^ siècle l'enseignement théorique a pu comporter autre chose que des commentaires de l'Écriture. Je crois qu'il faut cependant admettre, à une époque assez reculée, des exposés systématiques oraux, des discussions suivies sur les problèmes théologiques, au sein des écoles et des monastères. J'ai montré ailleurs[14] qu'à mon avis l'*Elucidarium* d'Honorius n'était que le reflet d'un enseignement oral et systématique donné par Anselme de Cantorbéry bien avant que fussent constituées les collections issues de l'école de Laon. Nous savons que saint Anselme de Cantorbéry faisait des conférences, comme celle où il a parlé des joies célestes, et il m'est apparu que le troisième livre de l'*Elucidarium* et le *De Beatitudine caelestis patriae* d'Eadmer étaient deux *reportationes* de cette conférence. Comment ne pas croire que le *De conditione* et les *Sententie Anselmi* sont dans le même rapport ? Le *De conditione* serait ainsi un reflet assez maladroit, mais original et précieux par bien des côtés, de l'enseignement oral donné à Laon.

Yves Lefèvre.

N.-B. — Le manuscrit de Verdun emploie très souvent les *e* cédillés. Aussi ai-je rétabli partout, dans l'édition du *De conditione*, *ae* et *oe;* j'ai aussi utilisé la distinction commode entre *j* et *i* et entre *v* et *u*. — Les numéros de rappel répartis dans le texte renvoient aux notes établissant la correspondance entre le *De conditione* et les *Sententie Anselmi;* chaque note s'applique à tout le passage compris entre le numéro de rappel de la note et le numéro de rappel précédent. Les références aux *Sententie Anselmi* sont données d'après l'édition de Fr. Bliemetzrieder, *Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters (Beiträge Baeumker)*, XVIII, 2-3, Münster, 1919. — Les lettres de rappel renvoient à l'apparat critique. J'ai utilisé pour celui-ci les abréviations suivantes : *a. corr.= ante correctionem; add. = addidit; corr. = correxit; exp. = expunxit; i. m. = in margine; i. r. = in rasura; om. = omisit; sec. m. = secunda manus.*

(13) Cf. D. O. Lottin, « Nouveaux fragments théologiques de l'École d'Anselme de Laon. Conclusions et Tables », dans *Recherches de Théologie Ancienne et Médiévale*, XIV (1947), p. 162.

(14) Cf. *L'Elucidarium et les Lucidaires*, chap. III.

Incipit liber de conditione angelica et humana.

<Deu>s est sine principio et sine fine et ipse qui tantus est voluit se cognosci ut amaretur[1]. Et ideo voluit se cognosci et amari ut per cognitionem et amorem sui aliqui essent participes suae immensae beatitudinis[2].

Creavit igitur rationalem creaturam incorpoream et rationalem corpoream. Incorpoream, id est angelicam, hoc modo. In ipsa creatione tria ei contulit : fecit illum de insolubili essentia, faciens illum peritissimum in naturis rerum, conferens[a] etiam illi liberum arbitrium, id est facultatem volendi et faciendi bonum adjuvante gratia vel volendi et faciendi malum subtracta gratia, et liberam, id est sine omni coactione[3]. Notandum etiam nobis quod, cum multos fecerit angelos, unum tamen omnibus aliis excellentiorem creavit et ille a quibusdam vocatus est Lucifer. Et quia digniorem aliis creaverit, auctoritate Job comprobatur, ubi dicitur : Ipse est principium omnium viarum Dei, id est ipse est <ca>put dignio<o>r pars om<n>ium viarum <id est> actionum <De> i[b]. Hoc etiam testatur beatus Gregorius super eundem locum dicens : Deus, qui cuncta creavit, illum excellentiorem omnibus aliis creavit. Et in Iezechiele de eo legitur : (f. 164) Omnis lapis preciosus operimentum tuum, quod ita est intelligendum : Omnis lapis, id est omnis alia creatura, est ornamentum tui sicut excellentioris creaturae. Et quia in ultimo puncto suae creationis suam essentiam indissolubilem esse et magnitudinem suae scientiae cognovit, ideo statim superbivit et invidit et, quia in obedientia in qua creatus erat numquam permansit, ideo a gloria cecidit. Quod autem superbierit et inviderit, hoc habemus in Ysaia, ubi dicitur : Conscendam super astra caeli, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis et ero similis altissimo. Super astra, id est super angelos. Et ecce superbia, dum alios quasi se inferiores despexit et se illis praetulit. Ubi autem dixit : Similis ero altissimo, plane creatori invidisse convincitur et illa invidia per deliberationem habitam in creatorem fuit illi inremissibile peccatum[4].

Si autem a nobis quaeratur quod intervallum ibi fuit, hoc[c] humana ratione nequit comprehendi[5].

Si quaeritur si ante casum in gloria aeterna fuerit vel, si non fuerit,

1 Cette première phrase correspond au début des *S. A.*, si l'on en excepte les considérations sur la Trinité.
2 p. 48, l. 12 — p. 49, l. 3 (omet p. 49, l. 4-9).
3 p. 49, l. 10-15 (omet p. 49, l. 15 — p. 51, l. 11, remplacé par une définition du libre arbitre).
4 p. 51, l. 12 — p. 52, l. 9 (omet p. 52, l. 10-15).
5 p. 52, l. 16-18 (omet p. 52, l. 19 — p. 53, l. 7).

a conferens] coferens.
b id est ipse... (De)i] *add. i. m.*
c hoc] *i.r.*

quomodo tunc a gloria cecidisse dicatur, ad hoc respondendum est quia numquam in ea fuit, quia in ea nullus umquam fuit motus superbiae vel invidiae. Ergo, si in ea fuisset, motum hujusmodi nullatenus habere potuisset. Et cum illa aeternalis sit, si in ea aliquando fuisset, eam aeternaliter possedisset. Sic igitur est intelligendum a gloria excidit id est gloriam ad quam aeternaliter possidendam, si in creatoris obedientia perseverasset, creatus erat, illam ex culpa sua amisit[6].

Quaeritur etiam cur Deus eum creaverit, cum eum casurum praescierit. Ad quod dicitur quia propter justitiam et utilitatem eum creavit quia praevidit eum juste et ex sua culpa esse casurum. Praevidit etiam casum illum et angelis et hominibus profuturum. Hominibus profuit casus[d] ille quia per ejus temptationes meliores efficiuntur. Bonis angelis (f. 164v) profecit quia per ejus casum in obedientia et dilectione creatoris maxime confirmantur[7].

Et sciendum nobis est non solum Luciferum, sed plures spiritus cum eo cecidisse, vel quia alii eorum aliis inviderunt, vel quia illi in sua superbia et invidia assensum praebuerunt[8]. Illos vero, ne vitam mortalium nimium inquietarent, Deus terram habitare noluit. Iterum, quia sua ineffabilis justitia illos indignos caelesti habitatione judicavit, idcirco partem aeris caliginosam illis habitandam permisit et illa eorum habitatio infernus a quibusdam apellatur et ad differentiam illius superioris inferni affirmant esse dictum a Propheta : Non relinques animam meam in inferno inferiori. Job etiam ad illius differentiam in quodam loco profundissimum infernum nominavit[9].

Quaeritur etiam de illis si post casum liberum arbitrium retinuerunt. Quod Jeronimus ad Damasum papam de prodigo filio scribens evidenter affirmat dicens : Solus Deus est in quem peccatum non cadit ; caetera, cum sint liberi arbitrii, in utramque partem suam flectere possunt voluntatem. Nos vero, tam hujus auctoritate quam ratione freti, libertatem liberi[e] arbitrii quam illis Deus in creatione contulit illos adhuc habere confirmamus, ita tamen depressam ut quasi inpossibile sit eis bonum vel velle vel operari. Boni vero spiritus, quia in creatoris obedientia et dilectione ex propria voluntate perstiterunt, idcirco statim ad illam beatam et caelestem gloriam promoveri meruerunt[10].

Sed quaeritur, cum ex arbitrii libertate omnes aequaliter perstitissent, quare quidam ex illis differentem habeant gloriam. Ad quod respondemus quod Deus quibusdam ex illis in creatione minorem, quibusdam majorem

6 p. 53, l. 8-17.
7 p. 55, l. 4-9 (ordre modifié).
8 addition.
9 p. 53, l. 18 — p. 54, l. 2 (omet p. 54, l. 3-4).
10 p. 54, l. 5-14 (la dernière phrase correspond à p. 54, l. 8-9, mais en termes différents).

d casus] cassus. e liberi] *add.*

contulit scientiam et illi quidem[f] quibus dedit minorem scientiam minori desiderio creatori inhaeserunt et ex minori desiderio (f. 165) minorem adepti sunt gloriam. Similiter alii ex majori scientia majus desiderium et ex majori desiderio majorem adepti sunt gloriam[g][11].

Sciendum est etiam quod, sicut malorum spirituum per nequitiam liberum arbitrium ad malum depressum est, sic et bonorum per bonitatem ita ad bonum confirmatum est ut quasi inpossibile sit malum eos vel velle vel operari[12].

Fecit etiam Deus rationalem creaturam corpoream, id est hominem, et creavit eum secundum corpus et animam[13]. Secundum animam hoc modo. Animae dedit tria : indissolubilem essentiam, liberum arbitrium, maximam scientiam. Et, quod maximam scientiam dederit ei, patet per hoc quia primus homo, quam cito formatus est, magnam de Deo cognitionem habuit et magnam in naturis rerum peritiam, quam non natura corporis, sed ex anima eum extraxisse nulli[h] dubium est[14].

Fecit etiam eum ad imaginem et similitudinem suam. Quod ita est intelligendum : anima non est imago Dei, sed ad imaginem Dei facta. Filius autem solus est ad imaginem Dei Patris et hoc ideo dicitur quia, sicut imago retinet liniamenta illius cujus est imago et mittit nos ad eum cujus est imago, sic et Filius quodam modo retinet liniamenta illa quae Pater habet, quia, sicut Pater est omnipotens et aeternus, sic et Filius[i]. Similiter, sicut imago alicujus per repraesentationem mittit nos ad eum cujus est imago, sic et Filius mittit nos ad Patrem, quia Pater[j] in sapientia, id est in Filio, cuncta disponit et dispositio ipsa quae est in creaturis facta per sapientiam, id est per Filium Dei, mittit nos et facit cognoscere omnipotentiam Patris. Et hac ratione Filius proprie dicitur esse imago Patris[15]. Inde quidam colligunt istam sententiam dicentes : Anima accedit ad Filium quia, sicut Filius habet cognitionem boni et mali, sic et anima et inde non dicitur esse imago, sed ad imaginem, id est juxta imaginem, id est Filium, et secundum illos dicitur tantummodo portare imaginem Filii[k]. Nos autem, auctoritatem sequentes, dicimus animam esse factam ad imaginem totius Trinitatis quia, sicut tota Trinitas habet (f. 165v) discretionem boni et mali, sic et anima. Et haec sententia procul dubio auctoritate Moysi confirmatur, cum dicit : Faciamus hominem

11 p. 54, l. 15 — p. 55, l. 3 (pour p. 55, l. 4-9, voir n. 7 ; omet p. 55, l. 10-16).
12 reprend p. 54, l. 8-9, en termes différents.
13 p. 55, l. 17-19 (omet p. 55, l. 20-22).
14 p. 55, l. 23-27 (omet p. 55, l. 27 — p. 56, l. 10).
15 p. 56, l. 11-18.

f quidem] *add.* g Similiter alii...gloriam] *add.* h nulli] nichil *a.corr.*
i Filius] *i.r.* j Pater] Pater cuncta *a.corr.*
k Inde quidam...imaginem Filii] *passage marqué d'un* r *i.m.*

ad imaginem et similitudinem nostram. Quae verba sunt totius Trinitatis[16].

Et sciendum est quod homo dicitur etiam imago Dei, sicut dicit Apostolus : Vir est imago Dei. Et est ita intelligendum : sicut Deus est principium omnium creaturarum, sic homo principium omnis creaturae corporeae rationalis. Accipitur etiam imago pro confirmatione[l], ut in Apostolo legitur : Sicut portavimus imaginem terreni, portemus imaginem caelestis, id est sicut fuimus conformes terreno, id est Adae, ita effiiciamur conformes Christo. Dicitur enim anima esse facta ad similitudinem Dei hoc modo, quia, sicut Deus est in omnibus creaturis et ita quod, si multiplicantur creaturae, non multiplicatur essentia Dei et, si diminuuntur[m] illae, non diminuitur essentia Dei, sic anima est in corpore quod vegetat in omnibus menbris et ita quod, si crescant menbra, non crescit[n] anima et, si decrescant et truncentur menbra, non tamen decrescit et truncatur anima. Et sic facta est ad similitudinem Dei anima et sic creavit Deus hominem secundum animam.

Sic autem creavit eundem secundum corpus. Creavit corpus de fragili materia, id est de limo terrae. Nec est ita intelligendum ut primo effigiem de limo formaverit et postea animam infuderit, sed dixit, id est voluit, et in momento factum est[17].

Sed quaeritur an fuerit mortalis factus. Ad quod dicimus quod talem creaverit eum qui posset mori si non permaneret in obedientia Patris creatoris. Iterum invenitur in divina pagina quod in prima creatione inmortalis factus est. Quod sic exponitur : immortalis factus est, id est talis qui posset non mori si obediens creatori permaneret[o]. Et sic creavit hominem secundum animam et secundum corpus.

(f. 166) Sic autem instituit alios homines creare, quod homini officium generandi attribueret ita ut alii homines ex aliis hominibus secundum corpora generarentur. Ipse autem cotidie novas creans animas partubus conceptis intra matris viscera cotidie illas infundit. Homini officium generandi imposuit et ad illud peragendum mulierem sibi in auxilium praeparavit. Illam autem hoc modo formavit. Soporem primo homini imposuit et, costam ejus ex eo accipiens, eam in mulierem aedificavit et in loco unde os acceperat puram carnem reformavit.

Sed quaeritur quare soporem ei immisit. Ad quod dicimus quia mystice factum est, quia Adam figura Christi est, Eva figura Ecclesiae et hoc ibi

16 addition.
17 p. 56, l. 19 — p. 57, l. 9 (omet p. 57, l. 10-12).

l confirmatione] *sec.m.corr.* reformatione
m multiplicantur...diminuuntur] multiplicentur...diminuentur *a.corr.*
n crescit] crescat *a.corr.*
o permaneret] permanaret

Dominus praesignavit quod, sicut de latere dormientis Adae fabricata est Eva, ita de latere Christi dormientis in cruce processit Ecclesia[18].

Quaeritur etiam si Adam, dum ista in eum fierent, eorum quae fiebant aliquam habuerit notitiam. Quam nos eum habuisse non dubitamus, quod in eo probatur quia, a somno excitatus, cum mulierem vidisset, dixit : Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea ; propter hoc relinquet ho<mo> p<atrem> et m<atrem>, et caetera. Hic videtur Moyses ab Evangelio dissentire. Moyses enim dicit haec verba Adae fuisse et Dominus dicit in Evangelio Dei Patris illa fuisse. Quod utrumque verum est quia et[p] Adam illa dixit et Deus Pater per Adam illa protulit[19].

Quaeritur etiam in loco unde carnem et os acceperat puram carnem quare reposuit. Ad quod respondendum est quod Deus Pater ibi voluit praesignare quod, sicut Adam, qui figura est Christi, puram carnem recepit ut[q] Eva, quae figura est Ecclesiae, ex osse et carne constitueretur, sic Christus recepit carnis nostrae infirmitatem ut Ecclesia ab eo reciperet fortitudinem[20].

Quaeritur etiam quare de costa (f. 166v) Adae Evam formaverit et non de alio limo terrae. Ad quod dicendum est quod, sicut Deus Pater est unum principium omnium creaturarum, sic voluit esse hominem principium omnis creaturae corporeae rationalis, quod non esset si de alio limo terrae eam creasset ; immo duo principia essent. Et hoc totum fecit ad reprimendam diaboli superbiam et ad augendam ejus invidiam. Dum enim homo secundum a Deo principium constituitur, quod diabolus per superbiam inmoderate appetebat, ejus superbia a creatore quodam modo refrenatur. Iterum, dum videt hominem adeptum quae petebat dignitatis praemia, in creatorem majori commovetur invidia. Vel possumus dicere eam ideo formatam de costa Adae ut eam Adam diligeret sicut suae carnis portionem. Talis fuit creatio eorum[21].

Et postea posuit eos in paradiso. Ubi autem paradysus sit, a sanctis numquam bene determinatur[22]. Sed tamen ille paradysus in terra esse dicitur et in tali loco ubi aquae diluvii non potuerunt ascendere. Et, positis[r] illis in paradyso, interdixit ne de ligno scientiae boni et mali comederent et praecipit ut ligno vitae uterentur. Lignum scientiae boni et mali ideo vocatur[s] quia, cum prius scientiam boni et mali tantum[t] naturaliter haberent, postea, contra praeceptum inde sumentes, scientiam boni, id est prosperitatis, et mali, id est adversitatis, ipso actu experti

18 p. 57, l. 13-25.
19 p. 58, l. 10-18 (ordre modifié).
20 p. 58, l. 6-9 (ordre modifié).
21 p. 57, l. 25 — p. 58, l. 6 (pour p. 58, l. 6-18, voir n. 19 et 20).
22 p. 58, l. 18-21 (omet p. 58, l. 21-23).

p et] *add.* q ut] et *a.corr.* r positis] depositis *a.corr.*
s vocatur] vocantur. t tantum] *add.sec.m.*

sunt. Ideo autem creatoris providentia ne de ligno sumerent illis interdixit quia illos per obedientiae meritum et per adjutricem gratiam juste vitare voluit ne miserias et anxietates praesentis vitae experirentur. Lignum autem vitae ideo vocatur quia, si homo in obedientia creatoris perseverans eo solo uteretur, per illud plene inmortalitatis praemia assequeretur[23].

Sciendum est etiam alia animalia in eodem paradyso fuisse, antequam Adam peccasset, quia et serpens per quem diabolus Evam seduxit in paradyso fuisse non du(f. 167)bitatur. In Genesi etiam legitur Dominus ante Adam adduxisse animalia ut eis imponeret vocabula[24].

Illis in paradysi amoenitate positis diabolus invidit. Ut sciamus quomodo et illis et creatori inviderit, videndum est quid sit invidia et quot modis habeatur. Invidia est alienae felicitatis odium vel adhuc habendae. Tribus autem modis habetur invidia : vel quando par invidet pari, vel videt illum in aliqua dignitate vel virtute aequari sibi, vel quando inferior invidet superiori de hoc quod non aequatur ei, vel quando superior invidet inferiori quia timet ne aequiparetur ei. Diabolus vero invidit Deo et homini. Ut inferior superiori Deo invidit in hoc quod homo ei soli obedientiam exhibebat. Homine erat inferior quia ipse jam ceciderat ; homo autem in suae creationis dignitate adhuc permanebat ; invidit autem ei in hoc quod vidit eum habiturum gloriam ad quam possidendam ipse creatus fuerat[25]. Et ideo temptare voluit illum et non per interiorem suggestionem, id est per fomitem peccati, qui nondum erat in homine, id est languor et fragilitas naturae quae cito potest impelli ad diversa vitia, sed per exteriorem suggestionem[26]. Quia carebat instrumentis, scilicet ore et lingua, ideo elegit serpentem ad illud peragendum quia astutum animal erat[27].

Sed quare magis Deus permisit Evam temptari a diabolo[u] per serpentem quam per aliud animal? Respondendum est : ideo per serpentem ut per eum, quia astutum animal est, ostenderet diabolum multiplicem habere calliditatem. Et sciendum est serpentem nondum fuisse venenatum et ideo mulier non abhorruit eum. Sed postea et serpens et quaedam nociva animalia facta sunt venenata[v] propter peccatum hominis, quae omnia subservirent homini si non peccasset. Ideo etiam mulier allocutionem serpentis non abhorruit quia ei noviter creato Deum, qui omnia poterat, loquelam dedisse putavit. Ideo autem Deus mulierem temptari permisit (f. 167v) quia mulier est figura sensualitatis quae consentit carni ; vir autem est figura rationis quae magis accedit ad Deum. Quod autem vir

23 p. 58, l. 24 — p. 59, l. 10.
24 addition.
25 p. 59, l. 11-25.
26 p. 59, l. 28 — p. 60, l. 3 (ordre modifié).
27 p. 59, l. 26-28 (pour p. 59, l. 28 — p. 60, l. 3, voir n. 26).

u permisit...diabolo] *add.sec.m.i.r.* v venenata] *add. sec.m.*

sit figura rationis, hoc habemus in Evangelio, ubi Dominus dixit mulieri Samaritanae : Vade, voca virum tuum, id est rationem tuam. Quod mulier sit figura sensualitatis, habemus in Apostolo in Epistola secunda ad Corinthios[28].

Quaeritur etiam quomodo est intelligendum quod Augustinus dicit : Numquam diabolus hominem dejecisset in miserias hujus saeculi nisi in eo aliqua elatio reprimenda praecessisset. Quod sic exponitur. Numquam diabo<lus> h<ominem> d<ejecisset> i<n> m<iserias> h<ujus> s<aeculi> nisi i<n> e<o> p<eccati> e<latio>, id est peccatum per elationem commissum, reprimenda, id est corrigenda, per miserias et anxietates quas modo in hac praesenti vita patitur[29].

Quaeritur etiam quare Deus hominem temptari permiserit, cum eum casurum longe ante noverit. Quod sic solvitur quia ideo permisit temptari quia numquam esset dignus laude si ideo bene viveret quod nullus ei male vivere persuaderet. Et tamen ideo quia talem eum creaverat qui, adjuvante gratia, temptationi resistere posset, vel ideo quia si caderet per poenitentiam resurgere posset[30].

Quaeritur etiam si homo et diabolus simul creati fuerint. Quod verum esse conceditur. Sed postea quaeritur quomodo tunc eum temptare potuit. Ad quod dicendum est quod ideo potuit eum temptare quia diabolus prius cecidit et intervallum fuit inter creationem hominis et ejus temptationem[31].

Quaeritur etiam si omnia insimul creata fuerint vel non. Et si dicantur insimul esse creata, tunc opponitur quod scrabrones, qui de stercore equi nascuntur, et quidam alii vermes non fuerint creati in principio. Etiam alia corpora animalium quae in praesenti tempore sunt non videntur eo tempore esse creata. Quod a quibusdam sic solvitur quod digniores creaturae tantummodo creatae fuerunt a principio. Sed nos dicimus quod omnia simul creata fuerunt in principio vel in materia vel in similitudine. (f. 168) In similitudine omnes animae, quia Deus creavit animam primi hominis et ad similitudinem illius cotidie creat novas animas. In materia fuerunt creata omnia corpora et ita animae in principio fierint in similitudine creatae[32].

Quaeritur quis, scilicet vir aut mulier, plus peccaverit. Sed prius videndum est quomodo uterque peccavit. Mulier peccavit scienter quia cibum quem a Deo sibi interdictum esse sciebat commedit. Peccavit etiam in hoc quod concupivit scientiam majorem ut se extolleret, quod fuit avariciam. Dicit etiam Augustinus quod mulier potuit putare Deum

28 p. 60, l. 3-17 (omet p. 60, l. 17-24).
29 p. 61, l. 8-13 (omet p. 61, l. 14-20 ; ordre modifié).
30 p. 61, l. 4-8 (ordre modifié).
31 p. 61, l. 1-3 (pour p. 61, l. 4-13, voir n. 29 et 30).
32 addition en rapport avec p. 49, l. 4-9.

invidere sibi divinitatem, quod, si cogitasset, esset ei maximum peccatum. Sed nec Augustinus omnino affirmat nec nos affirmamus. In hoc etiam mulier peccavit quod virum peccare coegit. Vir autem in hoc peccavit quod cibum a Deo interdictum scienter commedit. Peccavit etiam in hoc quod magis voluit obedire uxori quam creatori. Peccavit etiam in hoc quod mulierem, cujus caput erat et quam regere debebat, non redarguit. Sed in hoc vir minus peccasse dicitur quia quod diabolus promittebat falsum esse credidit nec illud appetiit et, quia mulierem sibi in auxilium datam offendere noluit, ideo utrumque facere disposuit et honorem uxori gerere et peccatum suum per poenitentiam corrigere et, quia spem habuit in misericordia Dei, ideo etiam minus peccasse dicitur. Mulier dicitur esse seducta, non quod ignoranter peccaverit, sed, quia hoc diabolus promittebat, quod essent scientes sicut dii verum esse credidit[33]. Quod Apostolus dicit : Vir non est seductus, sic est determinandum : non est seductus prior, sicut mulier fuit, vel non est eo modo seductus quo mulier[34]. Et notandum est quod a quibusdam dicitur virum quantum ad propriam personam in avaritia et in vana gloria non peccasse[w] quia, quod diabolus promittebat, falsum (f. 168v) esse credidit et non appetiit. Sed, quia mulieri in illis peccanti consensit, ideo in illis peccasse convincitur[35].

Quaeritur si Adam comedendo contra[x] voluntatem Dei fecit. Quod plane conceditur quia fecit contra voluntatem Dei et praeceptum erat secundum voluntatem Dei et ita, quod fuit contra praeceptum, fuit contra voluntatem Dei. Sed opponitur quia Psalmista dicit : Omnia quaecumque voluit Dominus fecit. Et Apostolus dicit : Voluntati ejus quis resistit quasi nullus? Et secundum hoc Adam non fecit contra voluntatem Dei[36]. Sed antequam illud solvamus, videndum est quot modis accipiatur voluntas Dei. Voluntas Dei accipitur pro dispositione Dei, sicut cum dicitur : Omnia quaecumque voluit, id est disposuit, Dominus fecit. Et Apostolus : Voluntati, id est dispositioni, ejus quis resistit? Accipitur etiam voluntas Dei pro praeceptis Dei. Et, quando accipitur voluntas Dei pro praecepto, tunc bene dicitur : Adam fecit contra voluntatem, id est contra praeceptum, Dei ; quando vero accipitur voluntas Dei pro dispositione, tunc non est dicendum quod Adam fecerit contra voluntatem Dei, sed sic fecit contra voluntatem Dei, id est contra praeceptum, et non fecit contra voluntatem Dei, id est contra dispositionem. Accipitur etiam voluntas Dei alio modo, pro illa voluntate scilicet quam fecit in sanctis. Et secundum hanc acceptionem dicitur : quaedam voluntas bona est contraria divinae voluntati, quae bona est, ut patet in hoc exemplo.

33 p. 61, l. 21 — p. 62, l. 10.
34 p. 62, l. 15-21 (ordre modifié).
35 p. 62, l. 11-14 (pour p. 62, l. 15-21, voir n. 34).
36 p. 62, l. 22-27.

w peccasse] pecasse. x contra] et contra *a.corr.*

Bonus filius vellet patrem non mori et illa voluntas bona est quae est ex pietate, et voluntas Dei est ut pater ille moriatur, et ita voluntas filii illius est contraria voluntati Dei et utraque bona est. Iterum invenitur mala voluntas concordans divinae voluntati bonae hoc modo. Filius malus vellet patrem mori ut haberet ejus divitias ; eodem modo Deus vult illum mori ; et ita mala voluntas mali filii est concordans bonae voluntati Dei. Et debemus notare quod voluntas Dei accepta pro dispositione sic dividitur : alia efficiens, alia permittens. (f. 169) Et hoc confirmat Augustinus in Enchiridion dicens : Nichil fit nisi quod omnipotens fieri voluntate vel efficiente vel fieri permittente, judicio quandoque manifesto, quandoque occulto, semper autem justo. Sciendum est etiam quod Apostolus ait quasi procedat de ista propositione : Omnia quaecumque voluit fecit, et facit assumptionem sic : si Deus omnes homines vult salvos fieri, et inde videtur sequi : ergo omnes homines salvi sunt ; sed non sequitur quia vult ibi diversis modis accipitur et illud quod dicit Apostolus sic determinatur : Deus vult omnes homines salvos fieri, id est aliquos de omni genere hominum, vel aliter : omnes vult salvos fieri, neminem cogit dampnari[37]. Sic etiam voluntas humana dividitur : alia approbans, alia appetens. Approbans est quae approbat esse bonum et nobis esse malum. Et de illa dicit Apostolus : Velle adjacet mihi. Et debemus notare quod approbans est semper iners per se, nisi apponatur gratia. Appetens est voluntas quae appetit dulcia[y] et refugit amara. De ista voluntate Dominus Petro in Evangelio loquitur dicens : Cum autem senueris, e<xtendes> m<anus> t<uas> et aliud te c<inget> e<t> d<ucet> quo t<u> non vis. Hic egit de appetenti voluntate, quae refugit amaritudinem passionis[38]. Et de eadem Dominus dicit : Verumtamen non sicut ego volo, sed s<icut> t<u> v<is>[39].

Notandum est nobis quod quidam vocant peccatum Adae concupiscentiam ideo, quia cibum interdictum concupivit. Quidam autem alii, etiam Apostolus, quia per inobedientiam commedit, ipsum peccatum inobedientiam vocant. Et notandum quod, licet una commestio fuerit, tamen in sex peccavit : in superbia, in sacrilegio, in homicidio, in fornicatione, in furto, in avaritia. In superbia peccavit, quia se aequari Deo concupivit. In sacrilegio, quia sacram rem, qui templum Dei erat, a sacro, id est a Deo, eripuit, et non se solum, sed et omnes successores suos. Et de illa rapina per Salmistam dicitur in persona Christi : Quae non rapui tunc exsolvebam. In homicidio, quia se et omnes suos successores (f. 169v) ad dissolutionem corporis et animae praecipitavit. In fornicatione,

37 p. 63 — p. 65, l. 6, très modifié et simplifié.
38 p. 65, l. 7-16.
39 addition.

y dulcia] *add. sec.m.*

quia animam suam per peccatum diabolo contingens a Deo fornicari coegit. In furto, quia alienam rem quasi latenter a Deo eripuit. In avaritia, quia majorem scientiam quam haberet ad se efferendum concupivit[40].

Et notandum est quod homo non ex se, sed ex diaboli suggestione peccavit. Diabolus vero ex propria voluntate peccavit. Inde Psalmista orat removeri a se peccatum quod est a se, id est ex propria fragilitate, et[z] peccatum per suggestionem dicens : Non veniat mihi pes superbiae, id est[aa] peccatum quod fit ex me, et manus, id est suggestio, peccatoris, id est diaboli, non moveat me[41].

Sciendum est etiam quod hoc quod sancti dicunt liberum arbitrium pro peccato primi hominis esse depressum sic est intelligendum. Est depressum, id est pronius et proclivius factum ad peccatum, et hac ratione quia, antequam homo peccaret, non erat in eo fomes peccati, id est fragilitas carnis, et gratia Dei familiarius ei inhaerebat et ideo liberius poterat se erigere ad bonum ; sed, quia post peccatum non habuit ita sibi adjunctam adjutricem gratiam et in se habuit fomitem peccati, ideo dicitur esse depressum liberum arbitrium, id est proclivius ad malum[42].

Et, quia peccaverunt, ideo ejecti sunt de paradiso et ibi potuit dici quod ante diluvium Dominus dixisse legitur : Poenitet me fecisse hominem. Sed quomodo hoc sit intellegendum, si nos dicamus quod poenitentia et permutatio et motus animi sit in Deo. Hoc contra auctoritate est Jacobi apostoli dicentis : Apud Deum non est transmutatio n<ec> v<icissitudinis> o<bumbratio>. Sed est intelligendum : permutatio quae est in rebus est poenitentia Dei, nec tamen omnis, sed illa quae est facta contra omnem opinionem hominum, illa poenitentia Dei potest dici. Et ita poenitentia fit de bono ad malum, ut ista quando (f. 170) Adam ejectus est de paradyso fuit de bono ad malum. Aliquando fit de malo ad bonum[ab], sicut conversio gentilium, quae permutatio fuit facta contra opinionem hominum et fuit de malo ad bonum. Et ita exponitur : Poenitet me fecisse hominem, id est ego mutabo quod ego feceram de homine[43].

Quaeritur quare Deus hominem creaverit, cum eum ante casurum cognoverit. Et nos dicimus quod ideo illum creavit, quia scivit eum posse resurgere per poenitentiam et gloria ei dulcior esset post culpam et illi qui inpoenitentes permanerent per persecutionem bonos meliores facerent[ac].

Quaeritur etiam quare filii Adae et successores ejus pro peccato illius debeant dampnari. Si dicantur ideo dampnari quia in illis est originale

40 p. 65, l. 17 — p. 66, l. 7 (omet p. 66, l. 8-25).
41 addition.
42 p. 66, l. 26 — p. 67, l. 9, très partiel.
43 addition.

z et] *om.* aa id est] idem. ab bonum] malum. ac facerent] fierent *a.corr.*

peccatum, videamus quomodo sit in illis. Originale peccatum fuit illa commestio pomi, quae modo in nullo est ; sed non est intelligendum sicuti. Si dicamus : Ille est homicida, non dicimus quod ille actus adhuc sit in eo, sed quod[ad] ille perpetravit actum illum. Ita dicimus quod filii Adae perpetraverunt originale peccatum in Adam quia filii ejus erant in lumbis ejus sicut portio carnis. Et illa particula ab Adam in coitu separata cum esset nimiae parvitatis et quasi X atomorum, illi atomi per quaedam fomenta transierunt in non atomos, ita quod unusquisque transit in non atomum, et facti sunt magna substantia, non ita ut alia sit substantia addita huic substantiae, sed ita est augmentata per quaedam fomenta sicut granum alicujus pomi ponitur in terra. Illud granum augmentatum per quosdam humores transit in virgam. Virga iterum sine addimento alterius substantiae per quosdam humores augmentata transit in magnum arborem. Similiter, sicut Caïn et Abel fuerunt in lumbis Adae et peccaverunt ibi, sic et nos procedentes inde per medios patres et in eo fuimus et in eo peccavimus[44].

Sed quaeritur quomodo aliquis puer procedens de fideli patre et fideli matre, si moriatur (f. 170v) ante baptismum, possit dampnari et inde contrahat originale peccatum, cum illud sit remissum plenarie patri et matri in sacramento baptismi. Quod sancti hoc modo solvunt, quia, sicut granum, cum sit excussum a palea, seminatum generat ex se aliud non sine palea, sed palea involutum, sic et fidelis pater, cum sit mundatus in baptismo ab originali peccato, generat tamen filium originali peccato contaminatum. Sed non videtur solutio esse, immo quaestionis quaedam confirmatio. Solvebatur aliquando etiam hoc modo : fidelis pater duas habet generationes, unam carnalem et aliam spiritualem ; et, quotiens generat filios secundum spiritalem generationem per instructionem et per correctionem et per sacramentum baptismi, totiens generat sine originali peccato ; quando autem generat filios secundum carnalem generationem, tunc illi qui ex carnali concupiscentia, quae peccatum est, generantur in originali peccato nascuntur. Hoc dicunt quidam, sed nulla est solutio, cum eadem remaneat quaestio. Quidam autem alii hoc modo conantur solvere, quia particula illa per concupiscentiam separatur a patre, quae concupiscentia est effectus originalis peccati et est peccatum, et quod peccatum sit habemus ab Apostolo, cum ipse Corinthiis scribens conjugium concedat per indulgentiam, quia nihil conceditur per indulgentiam nisi peccatum ; quia in illo peccato generatur, ideo, si ante baptismum moriatur, ex justitia Dei pro originali peccato dampnatur. Sed huic sententiae hoc opponitur, quod, licet carnalis concupiscentia in qua generatur sit peccatum, tamen non debet

44 p. 67, l. 10 — p. 68, l. 10 (omet p. 68, l. 11 — p. 73, l. 2).

ad. quod] *add.sec.m.*

imputari, quia illud purgatur per bona conjugii. Sed contra hoc dicitur quia homo, cum generat, totus est in turpitudine et in concupiscentia et tamen illi personae quae est in conjugio et in conjugio remanet per bona conjugii condonatur, illi vero particulae quae transit in aliam personam nec in conjugio remanet non con(*f.* 171)donatur et ideo, si ante baptismum moriatur, juste pro originali peccato dampnatur[45]. Nos vero ad solutionem sic accedimus. Quando dicitur quod patri in baptismo originale peccatum condonatur, sic est intelligendum : poena originalis peccati condonatur, non tamen omnis, quia nec famis, nec sitis, nec ipsa corporis et animae dissolutio, id est mors, sed tantum poena post mortem, quae pertinet ad cruciatum et ad aeternam dampnationem, illa condonatur[46]. Quando ipsa persona abluitur in baptismo, tunc condonatur ei poena illa, ita tamen quod non condonatur omnibus partibus quae inmerguntur ibi, nec solis illis quae inmerguntur ibi, sed illis tantum quae in resurrectione erunt una persona cum eo qui baptizatur[47]. Ideo dico non solis illis partibus quae inmerguntur condonari, quia si quis infidelis jam pridem truncatus manu nunc accedat ad baptismum et, postquam baptizatus fuerit, antequam incurrat aliquod grave peccatum si moriatur, nos dicimus manum illam purgatam esse ab originali peccato ideo, quia resurget et in resurrectione erit una persona cum eo a quo fuerat truncata[48]. Nec omnibus illis partibus quae sunt in baptismo condonatur, quia, illi parti quae in carnali generatione ab ipso patre separatur ad hoc ut sit persona alia ab ipso patre, illi non condonatur et ideo puer qui est illa[ae] particula, si moriatur ante baptismum, juste dampnabitur[49].

Sciendum est etiam quod, si quidam infidelis modo baptizaretur[af] et statim antequam peccaret truncaretur pede et postea homicidium perpetraret, si moreretur inpoenitens ipse dampnaretur et pes, qui truncatus nichil peccati commiserat, resurgens cum eo in unam personam post resurrectionem aeternaliter dampnaretur[50].

Quaeritur etiam quare illa particula quae a patre separatur contrahat originale peccatum vel statim quando separata est, id est ante animationem, vel tantum post animationem, cum intervallum sit inter separationem et ejus animationem. Si dicatur ante (f. 171v) animationem fuisse ibi peccatum, inconveniens videtur esse quod res inanimata vel peccaverit vel peccatum habeat. Iterum si dicatur tantum post animationem habuisse peccatum, non videtur verum, cum anima nova creata pura et

45 p. 73, l. 3-29, développé.
46 en rapport avec p. 74, l. 9-12 (ordre modifié).
47 addition.
48 p. 73, l. 30 — p. 74, l. 2.
49 addition.
50 p. 74, l. 2-8 (pour p. 74, l. 9-12, voir n. 46).

ae illa] *add.sec.m.* af baptizaretur] baptizetur *a.corr.*

ab omni peccato immunis sit infusa illi corpori. Sed nos dicimus quod ante animationem fuit ibi originale peccatum, non quod in hoc statu peccaverit, sed antequam a massa patris esset separata habens statum animatum peccaverit, sicut, si quis homicida moreretur, recedente anima persona ibi jacens diceretur homicida ideo, quod in alio statu homicidium perpetrasset[51].

Quaeritur etiam si actualia peccata patrum fiant filiis[ag] originalia. Unde a diversis diversae habentur sententiae. Illi qui dicunt quod actualia peccata patrum filiis non fiant originalia habent has auctoritates sibi consentientes : Filius non portabit i<niquitatem> p<atris> ; quae ab aliis sic exponitur : Filius regeneratus sacramento baptismi non portabit, id est non punietur, propter iniquitatem patris. Iterum confirmant illud hac auctoritate : Anima quae peccaverit i<psa> m<orietur>; sed alii sic exponunt : anima quae p<eccaverit> i<psa> m<orietur>, id est dampnabitur non solum pro suo peccato, sed pro illo quod contraxit a patre. Iterum idem sic confirmant : si actualia peccata patrum fiant filiis[ah] originalia, tunc quanto fiunt posteriores filii, tanto fiunt miserabiliores ; quod ita solvitur : post quartam generationem patrum peccata remittuntur filiis ex misericordia Dei ne posteriores filii nimia sarcina peccatorum premerentur[52]. Iterum illi qui actualia peccata patrum filiis dicunt fieri originalia praetendunt hanc rationem : sicut aliquis perpetrato homicidio inpoenitens remanens filium generaret, puer ille, si ante baptismum moreretur[ai], pro homicidio patris juste dampnaretur, quia (f. 172) caro illius pueri in patre homicidium perpetravit, sicut caro Cain in Adam peccavit et quod in Adam fuit actuale in Cain fuit originale[53]. Sed illi qui nolunt actualia patrum filiis originalia dicunt quod Adam plus peccavit, quia non peccavit per ignorantiam, cum magnam de Deo et de rebus haberet cognitionem, nec peccavit per fragilitatem, quia nondum in eo erat fomes peccati, id est languor naturae, et liberum ejus arbitrium per gratiam Dei sibi[aj] praesentem magis erigeretur ad bonum. Augustinus etiam dicit quod peccatum tantum fuit quod etiam naturam mutavit, quia homo prius factus est talis qui posset non mori ; pro peccato vero ita mutata est natura illius quod postea potuit mori. Et ideo non videtur esse ratio, si peccatum Adae sit filiis originale, quod ideo actuale homicidium alicujus fiat filio illius[ak] originale[54]. Similiter ad hoc confirmandum adducunt hanc Prophetae auctoritatem : Puniam peccata patrum in filios imitantes et consentientes patribus usque in terciam et

51 p. 74, l. 12-18.
52 p. 74, l. 19 — p. 75, l. 5, en termes presque identiques.
53 addition.
54 p. 75, l. 5-12 (omet p. 75, l. 12-15).

ag filiis] illis. ah filiis] illis. ai moreretur] moretur *a.corr.*
aj sibi] *add.sec.m.* ak filio illius] filiisllius *a.corr.sec.m.*

quartam generationem. Ideo praetermisit primam et secundam, quia de illis constabant. Ideo etiam de tercia et quarta generatione dixit ut per terciam et quartam intellegeretur septenarius qui constat ex ternario et quaternario, quia per septenarium universitas intelligitur, quasi diceret : Puniam peccata in terciam et quartam generationem, id est universa peccata filiorum imitantia patres in nequitia puniam. Ideo etiam usque in quartam voluit punire quia usque in illam generationem patres filios qui eorum imitatores essent videre consueverunt. Adducunt etiam hanc auctoritatem : Patres commederunt uvam acerbam et dentes filiorum opstupuerunt[55]. Quod iterum ab aliis sic exponitur : Patres c<ommederunt> u<vam> a<cerbam>, id est commiserunt peccatum et filii eorum corporali poena punientur. Quod autem illud de corporali poena sit intelligendum habemus ex Ezechiele, qui longe praevidens (f. 172v) tempus gratiae sic de tempore gratiae prophetavit : Vivo ego, dicit Dominus ; non erit ultra in Israel ; patres commederunt u<vam> a<cerbam> e<t> d<entes> f<iliorum> o<pstupuerunt> ; quod sic est intelligendum : sicut in tempore legis bonis patribus temporalia bona retribuebam et econtra malos filios pro malitia sua poena temporali[al] afficiebam, sic non erit ultra, id est in tempore gratiae, sed potius bonis spiritualia bona retribuam, malos aeterna poena afficiam et dampnabo. Sic[am] igitur illa auctoritas intellecta de corporali poena non cogit illos qui negant actualia patrum fieri originalia filiis[56]. Sed Augustinus videtur hoc astruere in Enchiridion dicens peccatis parentum filios obligari ; non tam primorum, id est Adae et Evae, quam eorum ex quibus nati sunt non improbabiliter dicitur[57]. Iterum in Propheta super versum : Ecce enim in iniquitat<ibus> c<onversus> s<um>, idem exponens dicit quod, nisi Psalmista simul cum originali de actualibus intellexisset, posset dicere : In iniquitate conceptus sum e<t>i<n> p<eccatis> c<oncepit> m<e> m<ater> m<ea>[58]. Sed sciendum est Augustinum nusquam hoc ex se plene affirmare et nos eum sequentes dicimus hoc esse timendum, non tamen temere asserendum.

Sed modo sequitur si anima Adae propagata sit in filiis Adae sicut et caro ipsius et si anima nostra traducatur ex anima ipsius sicut et caro nostra. Unde diversae habentur sententiae. Illi qui dicunt animam non traduci hoc ostendunt ex ratione et auctoritate. Ratione sic. Si anima traducitur, vel traducitur tota vel per partes. Si tota traduci concedatur, istud inconveniens est. Unde sequitur quod eadem anima cum Christo

55 p. 75, l. 17 — p. 76, l. 1 (omet p. 76, l. 1-2 ; ordre modifié).
56 addition.
57 p. 75, l. 15-17 (pour p. 75, l. 17 — p. 76, l. 3, voir n. 55).
58 addition.

al temporali] *add.sec.m.* am Sic] Sicut.

erit in aeterna beatitudine et in inferno in aeterna dampnatione. Iterum nec per partes traduci potest, quia non habet partes in quantitate ita quod sint ejusdem naturae cum ipsa. Sed dicitur tantum quasdam potentiales habere partes[an]. Ista obviat illis qui dicunt animam esse ex traduce. Similiter auctoritas Prophetae videtur illis obviare cum dicit : Qui finxit singillatim corda eorum .(f. 173) Quod a nostris sic exponitur : Qui finxit, id est creavit, corda, id est animas, eorum, per se et sine corpore et non insimul omnes animas sicut philosophi dicebant. Hoc etiam confirmant auctoritate Apostoli in Epistula ad Hebraeos dicentis : Patres quidem carnis nostrae habuimus eruditores et reverebamur eos et non multo magis obtemperabimus patri spirituum, id est animarum? Hic Apostolus vocat homines patres carnis quia caro filiorum traducitur ex patribus ; Deum autem vocat patrem spirituum quia cotidie creat novas animas. Auctoritas etiam Jeronimi adeo confirmat istam sententiam ut etiam sub anatemate ponat illos qui animam ex traduce esse confirmant. Econtra illi qui dicunt illam traduci dicunt non esse veram illam consequentiam, si traducitur vel tota vel per partes. Dicunt quod traducitur, sed neque tota neque per partes et hoc ostendunt per similitudinem istam : sicut de uno cereo lumen traducitur ad multos cereos nec tamen totum traductitur, cum ibi illud remanere videamus, similiter nec per partes traducitur, cum totum et integrum remanere videatur. Sed postea secundum istam sententiam inquiritur si traducatur carni conjuncta, id est illi semini patris, vel non conjuncta. Sed hoc nulla potest videre sententia quomodo non conjuncta semini traducatur. Si autem dicatur traduci conjuncta carni, tamen inquiritur si quotienscumque generatio fit anima sit conjuncta illi particulae quae a patre separatur vel non semper sit conjuncta. Si dicatur non semper esse conjuncta, quaeritur quare uno tempore magis sit conjuncta quam alio tempore, quod non leviter solvitur. Si dicatur semper esse conjuncta, opponitur hoc quod multa semina sint irrita et illa quae sunt irrita dicuntur reverti ad substantiam patris in resurrectione. Animae vero quae essent in illis seminibus aut essent sine corporibus in resurrectione aut reverterentur ad alias animas a quibus traductae essent, quod omnibus modis inpossibile esse videtur. Auctoritas (f. 173v) etiam videtur velle quod anima non semper sit conjuncta illi semini, sed tantum postquam susceperit formam hominis. Dicit enim Moyses in Lege quod, si aliquis percusserit mulierem praegnantem et pro illo ictu illa abortiverit et illud abortivum formatum fuerit, reddet animam pro anima ; sin autem nondum formatum fuerit, multetur pecunia. Et hic videtur Moyses affirmare quod, antequam formatum sit, non sit ibi anima. Et sancti hunc locum exponentes in hoc ei consentiunt. Sed huic sententiae opponitur quod, nisi esset animata

an partes] partas.

particula illa, quomodo tunc posset augmentari vel crescere[59]? Sed phisici dicunt quod ex calore matris augmentatur et crescit[60]. Nos igitur auctoritati sanctorum consentientes animam ex anima traduci posse negamus, sed Deum omnium creatorem novas cotidie animas creare et eas corporibus infundere credimus et confirmamus[61].

Sed quaeritur si anima istius pueri pura et munda a creatore creata est, si etiam, postquam infusa est corpori[ao] pueri istius, post dimidiam horam puer sine baptismo moriatur, pro qua justitia debeat ipsa dampnari. Ad cujus quaestionis solutionem quidam innituntur sic accedere. Deus in principio ordinavit se homini daturum officium generandi ut sic per hominis generationem corpora ex corporibus propagarentur ; ipse autem per se animas creare proposuit ad hoc ut ipsae corporibus unitae in unam personam vel simul mererentur gloriam vel simul cum ipsis corporibus dampnarentur. Homo, cui ipse officium generandi imposuerat, ex propria voluntate officium sibi a Deo injunctum corrupit et mutavit. Ipse vero, qui est inmutabilis, secundum propositum suum novas cotidie animas creat et infundit eas corporibus ut, sicut in principio proposuit, vel anima cum ipso corpore mereatur gloriam (f. 174) vel cum ipso praecipitetur ad poenam. Sed in hac solutione videntur affirmare propositum Dei esse injustum[ap]. Cum enim Deus corruptionem corpori futuram praenoverit, injustum fuit eum proponere ut eam corpori corrupto ideo infunderet ut ipsa pura et innocens pro ejus corruptione dampnaretur[62]. Alii autem hoc modo solvunt. Verum est quidem quod Deus mundam creavit animam, sed in creatione dedit ei liberum arbitrium et dedit ei scientiam non tamen ita perfectam quod posset scire se pro corporis corruptione esse puniendam ; et, quia hoc nescivit[aq], ideo ipsa illecta dulcedine carnis ex libero arbitrio voluit incarnari et, quia voluit incarnari et in ipsa carne non promeruit gloriam, ideo caret gloria[63].

Si autem quaeritur[ar] cur patiatur poenam, cum non promeruerit eam, dicimus eam vel nullam vel parvam sustinere poenam. Et huic sententiae attestatur Augustinus dicens : Mitissima poena est eorum qui nichil praeter originalia commiserunt[64].

Imponitur Guillelmo Catalaunensi episcopo quod aliquando dixerit

59 p. 76, l. 3 — p. 77, l. 2.
60 en rapport avec p. 77, l. 3-4, mais en termes différents.
61 addition servant de conclusion.
62 p. 77, l. 4-9.
63 en rapport avec p. 77, l. 10-14, en termes différents.
64 p. 78, l. 1-3 (omet p. 78, l. 4 — p. 80, l. 12 ; ordre modifié).

ao corpori] copori.
ap injustum] justum *a.corr.*
aq hoc nescivit] omnes sciunt *a.corr.sec.m.; passage marqué d'un r i.m.*
ar quaeritur] *add.sec.m.*

neque in anima noviter creata neque in corpore ante animationem fuisse peccatum, sed ex conjunctione corporis nasci in anima quandam qualitatem quam vocabat habilitatem non resistendi malis motibus et istam talem habilitatem dicebat esse peccatum et pro isto peccato dicebat animam carere gloria. Sed hoc videtur esse contra auctoritatem sanctorum. Sancti etenim dicunt quod animae eorum qui sine baptismo ante tempus discretionis moriuntur pro nullo alio peccato nisi pro originali moriuntur. Ista autem talis habilitas non potest esse originale peccatum, quia originale peccatum tantummodo est commestio pomi et inobedientia parentis primi[65].

Sciendum est quod homo pro peccato suo iram Dei sibi contraxit et sese potestati diaboli mancipavit. (f. 174v) Iram Dei contraxit, quia Deus eum pro peccato dampnat et punit. Sese potestati diaboli mancipavit, quia diabolus eum de peccato ad peccatum impellens aeternae dampnationi alligavit. Fuit igitur aliquid offerendum pro eo, ut et Deum sibi placaret et diaboli potestatem a se excutere valeret. Sed, si inrationabilis hostia pro homine offerretur, cum homo se rationalem creaturam suo creatori eripuisset et se diaboli potestati[as] mancipavisset, inrationalis hostia, ut pote tanto sacramento indigna et insufficiens, nec hominem Deo conciliaret nec eum a diaboli potestate liberaret. Si vero rationalis creatura homo pro homine offerretur, cum homo, qui se Deo eripuit, ante peccatum mundus fuisset, post peccatum vero inmundus, hostia inmunda potius Deum offendere quam placare valeret. Fuit igitur invenienda talis hostia quae et homo esset et plus aliunde quam ex homine virtutis et dignitatis haberet. Si vero ad faciendam dignam hostiam angelus homini[at] in una persona uniretur, cum esset contra diabolum pugnaturus sicut Christus contra eum pugnavit, et angelus ex sua natura posset cadere sicut et ille qui dignissimus eorum fuerat corruit ex sua voluntate, cum etiam ipse angelus carnis fragilitate obsessus ante fragilitatem maxime sibi contraheret, illius dolosi hostis temptationibus nullatenus resistere posset. Hoc igitur videns mira et ineffabilis Dei clementia Verbum suum in immaculato beatae Virginis utero carni uniri disposuit, ut humanitas conjuncta divinitati esset sufficiens hostia quae per mortem suam et diaboli potestatem conculcaret et hominem ad caelestis patriae beatitudinem revocaret[66].

Notandum est quod istae duae virtutes, fides et spes, in hoc conveniunt quod utraque habetur de re invisibili, sed in hoc differunt[au] quod fides habetur et de re bona et de re mala. Fides namque habetur de malitia

65 p. 77, l. 15-16, très développé (omet p. 77, l. 16-18 ; pour p. 78, l. 1-3, voir n. 64).
66 addition.

as potestati] *sec.m.corr.* servituti.
at homini] hominem *a.corr.sec.m.*
au differunt] differt *a.corr.sec.m.*

Luciferi, qui[av] propter invidiam et superbiam suam corruit. De bona etiam re habetur[aw] sicut de Deo, (f. 175) qui sola bonitate sua in principio cuncta creavit. Habetur etiam fides de praeteritis et futuris. De praeteritis, sicut de Incarnatione et Passione Domini. De futuris, sicut de futuro judicio et futura resurrectione[67]. Habetur etiam fides de re pertinente ad eum cujus est fides et de re pertinente ad alium. De re pertinente ad se, sicut quando aliquis habet fidem de sua resurrectione[ax]. De aliena, sicut quando aliquis habet fidem de dampnatione diaboli. Spes vero tantum habetur de bono et tantum habetur de re futura et de re pertinente[ay] ad eum cujus est spes. Quae etiam sic diffinitur[68]. Spes est fiducia futurae beatitudinis habita ex gratia Dei et quibusdam meritis praecedentibus. Et ideo additur hoc, quia sine meritis si habeatur non est dicenda spes[az], sed praesumptio[69]. Fidem etiam demonstrat Apostolus per quosdam effectus dicens : Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentum. Hic non describitur fides, sed ostenditur quos effectus habeat[70]. Quae tamen a quibusdam sic diffinitur. Fides est certitudo habita de invisibilibus rebus sine dubitatione eorum quae ad salutem pertinent. Quam si quis adultus habuerit[ba] sine operibus caritatis, nichil ei confert ad salutem[71], quia hoc dicit Apostolus : Fides sine operibus mortua est[72].

Caritatem vero diffinit Augustinus in libro de Doctrina christiana dicens : Caritas est appetitus animae ad fruendum Deo et se diligendo[bb] et proximum propter Deum. Sensum autem istorum verborum quidam explanare cupientes caritatem diffiniunt sic : Karitas est motus animi ad diligendum Deum et se et proximum propter Deum. Ideo additur propter Deum, quia, si aliquis diligat Deum pro aliquo temporali praemio, illa talis dilectio non est dicenda caritas ; si etiam aliquis pro dilectione Dei expectaret praemium aeternam beatitudinem et illam putaret esse aliquid diversum a Deo, non diceretur habere caritatem, sed esset dicendus mercennarius[73].

De caritate vero diversae habentur sententiae. Quidam enim dicunt ordinem habendum in caritate ita quod pater eorum et mater et alii propinqui magis sunt diligendi. (f. 175v) Alii vero dicunt ordinem non esse servandum in affectu caritatis, sed omnes homines aequaliter esse dili-

67 en rapport avec p. 80, l. 18-23 (ordre modifié).
68 addition.
69 p. 80, l. 24-26 (omet p. 80, l. 27-29 ; ordre modifié).
70 p. 80, l. 12-18 (pour p. 80, l. 18-29, voir n. 67 et 69).
71 addition.
72 p. 80, l. 30 (omet p. 80, l. 30 — p. 81, l. 7).
73 p. 81, l. 7-12.

av qui] quae. aw qui propter invidiam...habetur] *add.sec.m.*
ax resurrectione] resurectione. ay re pertinente] reparatione. az spes] *add.*
ba habuerit] fuerit *a.corr.* bb diligendo] *add.sec.m.*

gendos affirmant ; in effectu[bc] vero ipsius caritatis ordinem servandum existimant. Sic autem ordinem in effectu[bd] servandum[be] dicunt, quod, cum nostra ad hoc non sufficiant ut omnibus indigentibus necessaria possimus impendere, maxime saltim patri et matri et illis propinquis quibus possumus necessaria impendere[bf] debemus, ita tamen ut hanc habeamus voluntatem quod libenter omnibus impenderemus si facultatem haberemus. Sed istis qui dicunt ordinem esse in affectu caritatis opponitur istud praeceptum : Diliges proximum tuum sicut te ipsum, quod videtur contrarium isti sententiae. Quod praeceptum illi qui tenent istam sententiam sic exponunt : Diliges pro<ximum> t<uum> s<icut> t<e> ipsum, id est in his in quibus diligis te ipsum, id est [bg], sicut in nobis[bh] diligimus primam generationem et conservamus ministrando nobis victum et vestitum, sic in proximo primam generationem conservare debemus[bi] ministrando illi victum et vestitum ; secundam etiam generationem debemus primum in nobis conservare et postea, ut proximus eam in se conservet, exemplum bonae operationis et correctionem debemus ei adhibere[74].

Quaeritur autem si aliquis qui semel habuerit caritatem possit carere ea et dampnari. Unde diversae habentur sententiae[75]. Quidam enim dicunt quod, postquam habuerit aliquis caritatem, amittit eam et dampnatur. Dicunt enim quod, quando aliquis tirannus compatitur miseris, facit opera caritatis et ita habet caritatem et postea quandoque dampnatur[76]. Hanc etiam sententiam laborant confirmare auctoritate Apostoli ubi dicit : Scimus quoniam diligentibus d<eum> o<mnia> c<ooperantur> i<n> his qui s<ecundum> p<ropositum> v<ocati> s<unt> s<ancti>. Per istam determinationem quae hic apponitur volunt habere quod non omnibus diligentibus, id est omnibus habentibus caritatem, cooperentur in bonum, sed illis tantum qui vocati sunt sancti. Et (f. 176) ex hac auctoritate volunt habere quod quidam, postquam habuerint caritatem, amittant eam et dampnentur. Illi vero qui tenent contrariam sententiam hanc litteram, scilicet his qui secundum propositum vocati sunt sancti, faciunt expositionem praecedentis litterae et confirmant suam sententiam[77]. Sed quod numquam amittat eam[bj] aliquis postquam semel habuerit, istis auctoritatibus. Dominus dicit in Evangelio : Omnis qui audit verba haec et facit ea assimilabitur viro

74 addition en rapport lointain avec p. 81, l. 13 — p. 82, l. 18.
75 p. 82, l. 19-21.
76 p. 83, l. 11-13 (omet p. 83, l. 14-15 ; ordre modifié).
77 p. 83, l. 16-23.

bc effectu] affectu. bd effectu] affectu. be servandum] servare *a.corr.sec.m.*
bf impendere] *corr.*ministrare. bg in his in quibus...id est] *add.* bh in nobis] *add.*
bi debemus] *om.* bj amittat eam] amittat amittat eam (eam *exp.*).

sapienti qui ae<dificavit> d<omum> s<uam> s<uper> p<etram>[bk] et descendit pluvia et venerunt flumina, f<laverunt> v<enti> et <irruerunt> in d<omum> il<lam> et non c<ecidit>; f<undata> enim erat supra firmam petram[78]. Alii vero determinant sic : qui aedificavit usque ad finem vitae. Sed haec determinatio non valet, quia istae impugnationes contra aedificium caritatis fiunt ante finem vitae, quia post mortem nichil sequitur nisi remuneratio sola[79]. Auctoritas alia est Prophetae ubi dicitur : Justus cum ceciderit non collidetur q<uia> d<ominus> s<upponit> m<anum> s<uam>. Hic videtur affirmare Psalmista quod, postquam aliquis habuerit caritatem, quae sola justum facit, numquam amittat eam nec[bl] dampnetur[80]. Est etiam alia auctoritas satis evidens de tunica Domini, quae, cum alia vestimenta dividerentur, ipsa indivisa permansit, per quam Christus unitatem Ecclesiae voluit significari, quam etiam firmissimo caritatis vinculo alligatam totius scissurae idem Christus vult semper esse expertem. Augustinus super hunc versum : Diviserunt sibi vestimenta mea et s<uper> v<estem> m<eam> m<iserunt> s<ortem>. Ratio videtur velle ut, sicut caritas unitatem Ecclesiae sine scissura conservat, ita et ipsa caritas sine scissura habeatur, ita scilicet quod, postquam[bm] semel eam aliquis habuerit, nullatenus ab eo scindi possit[81].

Sciendum est etiam omnes qui sunt in unitate Ecclesiae ha(f. 176v)bere fidem operantem per dilectionem, sed non omnes qui habent fidem operantem per dilectionem esse in unitate Ecclesiae. Cornelius enim diu antequam esset in unitate Ecclesiae habuit illam fidem. Et hoc habemus per ramum olivae qui extra archam erat et columba deferente intra archam receptus est. Ramus olivae significat caritatem quae semper viret. Et, sicut oliva est signum pacis, sic caritas efficit veram pacem. Et, sicut columba portavit ramum intra archam, sic Spiritus Sanctus aliquem habentem fidem operantem per dilectionem conjungit Ecclesiae per infinita saeculorum saecula[82]. AMEN.

78 p. 82, l. 21-25.
79 addition.
80 p. 82, l. 29-30 (ordre modifié).
81 p. 82, l. 26-29 (pour p. 82, l. 29-30, voir n. 80 ; omet p. 82, l. 30 — p. 83, l. 10).
82 p. 83, l. 24 — p. 84, l. 13 (pour p. 83, l. 11-23, voir n. 76 et 77).

bk et facit ea assimilabitur] et facit ea alium habitur *a.corr.*
bl nec] et *a.corr.*
bm postquam] priusquam *a.corr.*

L'*INTER OMNES IMPRESSIONES* DE NICOLE ORESME

Au 12e et dernier chapitre du IVe livre de la traduction française du Ciel et du Monde d'Aristote, Oresme conclut son exposé en ces termes : « Et tout ce je suppose sans plus déclarer, comme vérité pure et nécessaire et démontrée en Méthéores, et en un petit tractie qui se commence *Inter omnes Impressiones*, etc., et à ce s'accorde ou concorde toute expérience que l'on peut avoir de ceste chose ».

Aucun parmi les bibliographes anciens n'a fait mention du « petit tractie », et il n'y a à cela rien d'extraordinaire. Car autant qu'on puisse retrouver leur méthode d'investigation, il semble bien que pour établir la liste des œuvres composées par les auteurs médiévaux, ils aient, et c'était de leur part sagesse, consulté les grands fonds antérieurs à la Révolution.

Or un examen minutieux des catalogues anciens permet de déterminer que pas un seul ne signale un traité de ce genre. Et pourtant le texte cité plus haut est formel.

C'est ce que Borchert a d'ailleurs remarqué dans son étude sur le mouvement selon Oresme, où, après allusion au *de Generacione* selon lui perdu, il cite l'*Inter omnes impressiones*, qu'il considère à tout le moins comme inconnu[1].

Menut et Denomy, dans l'édition du Ciel et du Monde d'Oresme rappellent la référence de Borchert, et pensent que selon toute vraisemblance, l'œuvre en question est perdue[2].

Pour ne pas s'en tenir là et orienter des recherches nouvelles, mieux vaut regarder de plus près la traduction du Ciel et du Monde ; des horizons plus précis peuvent surgir d'un tel examen.

Le chapitre XII du livre IV est en effet comme les deux chapitres précédents, du cru d'Oresme : « Sont trois chapitres du translateur »[3].

(1) Borchert (E.), *Die Lehre von der Bewegung bei Nicolaus Oresme. — Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters*. T. XXXI, Heft 3. Munster, 1934, p. 16.

(2) Menut et Denomy, *Maistre Nicole Oresme : Le livre du Ciel et du Monde. — Mediaeval Studies*. Vol. V, 1943. Toronto, p. 230, note 15.

(3) *Ciel et Monde*. Paris B. N. Franç. 1082, fol. 199'.

On ne pourrait d'ailleurs reconnaître Aristote dans l'énoncé suivant : « ... le XII[e] chapitre est en espécial du corps de Jhésuscrist ».

Et, en substance, Oresme s'efforce d'y résoudre un problème d'ordre théologique, à savoir, comment chacun des élus pourra dans l'éternité contempler le Christ glorieux. Voici au surplus tout le passage :

« Aucun tel trop curieux pourrait demander en quelle manière pourra chacun beneuré veoir corporelment ceste humanité devant soy face à face, car il seront très grand multitude. Et donques convendra il que les uns soient devant ceste humanité, les autres à senestre ou desouz, comment ne en quelle disposicion peuent il estre, etc. Et pour répondre à ce, je pensé pieça à une considéracion que je veul exprimer ; et premièrement d'une impression commune que nous appelons l'arquenciel qui est de trois couleurs. Je suppose que toutes ces couleurs et chacune de elle est par toute la nue ou appert cest arc et qui est a ce disposée ; et nietmoins, ces couleurs ne apparent pas a un homme par toute la nue, mais a certaine figure et posicion qui est tele que la ligne droite qui vient du centre du corps du soleil et passe par le ouyl ; selon ymaginacion ceste ligne s'en va tout droit au centre de cest arc ou de la circunférence circulaire dont il est porcion. Et par ceste s'ensuit que deux hommes ne pluseurs, se il ne estoient en ceste ligne, ne peuent veoir cest arc en un meisme lieu ne proprement un arc, et toutevoies un voit aussi comme l'autre et devant sa face se il lui plaist. Et tout je suppose.. » On connaît déjà la suite[4].

On aboutit en effet ainsi, d'une façon peut-être plus rationnelle, à l'« *Inter omnes impressiones* », et non comme ce titre eût pu le laisser supposer, à une incidence météorologique, mais à une incïdence optique, l'auteur tentant par une comparaison familière, sinon d'expliquer, tout au moins de rendre plus accessible l'important problème de la vision béatifique.

Est-ce à dire que l'œuvre recherchée ne traite en aucune manière des phénomènes atmosphériques? Cet aspect est semble-t-il hors de cause lorsqu'il s'agit d'une identification, et l'orientation des investigations peut se résumer ainsi : « Que sait-on d'assuré sur les intentions de l'auteur présumé »?

En toute hypothèse, les comparaisons de textes demeurent fructueuses. Et c'est manifestement dans cet esprit que Lynn Thorndike a récemment publié les résultats de l'examen qu'il a fait du Vaticanus latinus 4082[5]. Il s'agit dans le cas présent des fol. 82'b à 85'a, commençant comme suit :

« Utrum omnes impressiones que sunt in parte superiori aeris regionis sint ejusdem speciei vel ad invicem differant? »

(4) *Ciel et Monde, l. c.*, fol. 202.

(5) Thorndike (Lynn), *Notes upon some medieval latin astronomical, astrological and mathematical manuscripts at the Vatican.* — *Isis*, déc. 1956, vol. 47, part 4, n° 150, p. 391-405.

L'apparentement avec le traité inconnu, ou plutôt non identifié d'Oresme, est à première vue bien tentant. Lynn Thorndike y a sans doute songé, mais ses positions demeurent seulement approchées.

Il s'étonne tout d'abord du jumelage de deux questions tirées, à son sentiment, d'un commentaire des Méthéores[6]. Ne serait-ce pas là plutôt, la marque caractéristique d'un « petit » traité d'une architecture bipartite, coiffant un certain nombre de compartimentations?

Où aboutit en effet la recherche d'identification menée par Thorndike? Face à la question énoncée plus haut, il ne présente qu'un seul élément de comparaison, Duns Scot, Opera omnia, Météores, Livre I, Question XV : « Utrum omnes impressiones ignite sint ejusdem speciei specialissime? »[7]

Quant au deuxième volet du dyptique ainsi intitulé : « Consequenter queritur utrum natura cometarum sit celestis vel elementalis », Thorndike renvoie au manuscrit latin 15156 de la Bibliothèque Nationale de Paris, fol. 247 : « Utrum cometa sit de natura celi vel elementari », manuscrit dont il a précédemment attribué la paternité à Oresme[8].

Néanmoins, et sans doute à cause de l'impression première résultant de la juxtaposition de deux questions qu'il considère comme originairement isolées, il ne se croit pas en mesure de percer l'anonymat de leur auteur[9].

Doit-on observer à tout prix la même réserve, ou tenter d'avancer un nom d'auteur, en mettant en lumière d'autres points d'imbrication?

Il n'est pas inutile de rappeler que la première des questions relatives aux « Impressiones ignite », se retrouve sous la plume de Buridan[10]. Et ce rapprochement a peut-être la valeur d'une orientation. Car, s'il faut en croire Duhem, citant d'ailleurs Jean Hennon à l'appui de son assertion, les Météores habituellement attribuées à Duns Scot seraient l'œuvre bien postérieure de Simon Tunsted, puisque composées en 1360[11].

Toujours avec Duhem[12], et aussi avec Balée[13], il est permis de chercher une résonnance du côté de Thémon le fils du Juif. En substance, cette floraison de solutions identiques caractérise, avec une époque, une tendance d'école. Or cette tendance est plus particulièrement accusée avec

(6) Thorndike, *l. c.*, p. 397 : « Among the other anonymous tracts are two questions which I do not remember having encountered elsewhere separately, but which may be taken from some commentary on the Meteorology of Aristotle ».

(7) Thorndike, *l. c.*, p. 398, n. 36.

(8) Thorndike, *l. c.*, p. 398, n. 37 ; et pour l'identification de l'auteur. — *Isis*, déc. 1955, vol. 46, part 4, n° 146 : « More questions on the Meteorologica », p. 357-360.

(9) Thorndike, *l. c.*, p. 398 : « But the *anonymous* author ultimately concludes... ».

(10) Paris, B. N. lat. 14723. Méthéores, Liv. I, qu. 9 : « Utrum omnes impressiones metheorologice ignite sint ejusdem speciei » ou encore, Erfurt ; Amplo. F 334, fol. 81'a.

(11) Duhem (P.), *Les origines de la Statique*. Paris, 1905-1906 ; t. 2, p. 328 et aussi, Duhem (P.), *Archivum franciscanum historicum III*, 1910, p. 626-632.

(12) Thémon le Fils du Juif ; Bulletin italien. T. VI. Avril et juillet 1906.

(13) Balée (P. Ch.) O. F. M., *Recherches de Théologie ancienne et médiévale*, 1930 p. 168-188.

le deuxième aspect de l'*Inter omnes impressiones* résumé, est-il besoin de le rappeler par cette question déjà énoncée : « Utrum materia cometarum sit celestis vel elementalis ? »[14].

Ici les points de comparaison se multiplient, qu'il s'agisse de Buridan[15], du Pseudo Duns Scot[16], de Thémon le fils du Juif[17], de l'Anonyme B. N. Lat. 6547[18], et même... d'Oresme[19].

Au sujet de ce dernier prend ici place une courte parenthèse. Ses questions sur les Météores ont fait l'objet de plusieurs études fragmentaires ; d'abord d'Heinrich Suter[20], ensuite d'A. Birkenmajer[21], puis de E. Borchert[22], et enfin, tout récemment, de L. Thorndike[23].

Grâce aux indications des trois premiers auteurs cités et aux recoupements possibles avec Paris B. N. lat. 15156, l'identification de ce manuscrit malheureusement mutilé à la fin était facile à établir.

Faut-il ajouter que l'attribution à Albert de Saxe, faite par Birkenmajer, d'Erfurt Ampl. Q. 299, fol. 53 à 103', paraît d'autant plus aventureuse, que ce texte, attribué formellement par le catalogue à Oresme, est nettement proche de Paris B. N. lat. 15156.

On est donc assez à l'aise, après minutieuse comparaison entre tous les textes allégués et celui de l'*Inter omnes impressiones*, pour arrêter son choix sur un nom unique, celui de Nicole Oresme.

Une objection majeure peut toutefois être présentée contre une telle identification ; pas une seule fois, l'Arc-en-ciel, ou en d'autres termes l'Yris, n'est évoqué dans ce dernier traité !

Mais ne s'agit-il pas de rendre plus compréhensible la vision béatifique en s'appuyant sur un thème développé à la fois dans les Méthéores et dans un Traité spécial ?

Or, dans les Méthéores d'Oresme, on retrouve sans difficulté la question

(14) Rome Vat. lat. 4082, fol. 83'a.

(15) Paris, B. N. lat. 14723, fol. 183'. I-13.

(16) Duns Scot, *Opera omnia*. Lugduni, 1639, t. III.

(17) Acutissimi philosophi reverendi magistri Joannis Buridani subtilissime questiones... Et à la suite, Thémon le fils du Juif, Méthéores : I, 12 ; I, 13.

(18) Paris. Anonyme B. N. lat. 6547, fol. 12'b, q. 13 ; fol. 13'a, q. 14.

(19) Paris B. N. lat. 15156, fol. 245 à 251. Liv. I, qu. 13 à 18.

Qu. 13, fol. 145. « Utrum impressiones ignite seu ille que fiunt per inflacionem fiunt naturaliter in aere ».

Qu. 15, fol. 247. « Utrum cometa sit de natura celi vel elementum ».

Qu. 16, fol. 248'. « Utrum cometa sit exalacio callida et inflammata ».

Qu. 18, fol. 250, « Utrum comete significent mortem principum et siccitatem et ventos et motus terre ».

(20) Suter (Heinrich), *Zeitschrift für Mathematik und Physik*. — XXVII. Jahrgang. Leipzig, 1882. Historische-literarische Abteilung, p. 121-126.

(21) Birkenmajer (A.), *Studya nad Witelonem*. Krakau, 1921, *passim*.

(22) Borchert (E.), *Die Lehre von der Bewegung*, p. 60, n. 56 ; p. 71, notes 90 et 91.

(23) Thorndike (L.), *l. c.*, p. 396-397.

au cours de laquelle ce développement trouve place : « Utrum omni hora diei yris possit apparere? »[24]

Elle a, peut-on avancer, servi pour une notable part, de maquette à la théorie illustrant le dernier chapitre du Ciel et du Monde. Et la réponse formulée est au surplus conforme à ce qu'on peut attendre de l'Optique, ou si l'on préfère, de la Perspective du XIVe siècle.

On aurait pu d'ailleurs la pressentir dans l'énoncé d'un problème posé par Buridan lui-même, la question appelant pour ainsi dire la réponse : « Utrum quandocumque apparet iris, ille appareat secundum equalem distanciam et propinquitatem ad oculum, ita quod non sit vicissim notabilis differencia? »[25]

Le point crucial de la démonstration est, sans aucune équivoque possible, le rôle capital joué par rapport à l'œil qui regarde et l'objet contemplé, par ce que l'on appelle maintenant le « rayon visuel », déjà énoncé en termes suffisamment suggestifs.

Et c'est précisément une théorie identique qui dans le « Petit traité » s'applique à la comète. Là, en effet, le rayon visuel se retrouve dans les mêmes conditions d'optique médiévale[26] et l'objectif poursuivi par Oresme y connaît bien l'ampleur recherchée.

Une dernière et minime objection subsiste ! Les manuscrits de la traduction du *de Celo et Mundo* sont unanimes ; le traité cité par Oresme comme œuvre personnelle et antérieure, l'est dans les termes suivants : « *Inter omnes impressiones* »[27].

Dans le Vaticanus latinus 4082 le traité commence, par contre, comme un problème entre mille autres : « Utrum omnes impressiones »... Le copiste, à l'écriture au demeurant soignée, a-t-il commis une erreur ; ou par une discrimination qu'on est en droit de déplorer, se permettant une négligence trop fréquente à son époque, a-t-il de propos délibéré omis le court « prohemium » dont Oresme faisait habituellement précéder toutes ses productions?

A moins que, écrivant en 1405, Pierre de Fita puisqu'il s'agit de lui, n'ait pu consulter qu'un texte déjà privé de son prologue !

Les deux explications sont vraisemblables, mais ne sauraient décourager le chercheur prudent. Mieux encore, la surprise exprimée par L. Thorndike

(24) Paris B. N. lat. 15156, fol. 288', Liv. I, Qu. 20, mutilée. Cf. Erfurt, Ampl. Q. 299, fol. 96, liv. III, Q. : « Utrum Iris possit apparere omni hora diei », et Thémon le fils du Juif, liv. III, qu. 22, beaucoup plus explicite : « Utrum omni hora diei artificialis, oculo existente in superficie orizontis, possit aliqua porcio iridis apparere ubicumque homo vel oculus videntis ».

(25) Erfurt, Ampl. F 334, fol. 150b ; Paris B. N. 14723, liv. III, QU. 17.

(26) Rome. Vat. lat. 4082, fol. 84' col. b : « Utrum idem cometa videatur in eodem, loco celi a diversis hominibus habitantibus in diversis partibus terre habitabilis.

(27) Paris, B. N. Fr. 565, fol. 167'b ; Paris, B. N. Fr. 1082, fol. 202 ; Paris, B. N. Fr. 1083, fol. 121'a ; Paris, B. N. Fr. 24278, fol. 135.

en présence de deux questions juxtaposées, à tout prendre, sans raison apparente, n'est-elle pas la meilleure orientation vers une œuvre homogène, et pour tout dire, vers ce « petit tractie, qui se commence *Inter omnes impressiones* », et dont voici ; — d'après Rome, Vat. lat. 4082, fol. 82'b à 85'a, — le texte intégral.

INTER OMNES IMPRESSIONES

Utrum omnes impressiones que sunt in parte superioris aeris regionis sint ejusdem speciei vel ab invicem differant?

Et arguitur quod differant ad invicem speficice. 1° Ex parte materie. Quoniam non est una materia ex qua fit via lactea et ex qua fiunt comete ; ergo sequitur quod nec erunt eedem impressiones. Antecedens videtur notum pro tanto quia via lactea videtur esse eterna ; comete autem parum durant. Et gratia hujus articuli est talis difficultas.

Utrum scilicet omnium impressionum sit eadem materia?

2° Arguitur sic. Istarum impressionum non est eadem causa agens. Igitur etc. Tenet consequencia, quia diversitas earum arguit diversitatem effectuum. Antecedens apparet, quia forcius agens requiritur pro generatione cometarum quam pro generacione ardentis stipule. Et racione hujus articuli est alia difficultas.

Utrum omnium impressionum eadem sit causa efficiens?

3° Arguitur sic. Istarum impressionum non est idem motus. Igitur etc. Antecedens patet, quia discurrencia sidera moventur deorsum lateraliter, ut constat ; comete autem circulariter moventur sicut ignis. Et gracia hujus articuli erit alia difficultas ;

4° Arguitur sic. Istarum impressionum non sunt eedem figure, ymo varie et varie. Sed non devenimus im cognicionem substanciarum nisi per extrinseca. Apparet igitur quod diversitas figurarum arguit diversitatem in substanciis et formis substancialibus etc. Antecedens tenet, quia alia est figura cometarum et alia est figura dileados et similiter vie lactee. Et hic articulus querit difficultatem ;

5° Arguitur sic. Istarum impressionum, aliqua diu durant et aliqua parvo tempore, ergo etc. Antecedens apparet, quoniam discurrencia sidera parum durant, sed comete diu durant. Et hic erit alia difficultas de causa hujus ;

6° Aguitur sic. Iste impressiones non sunt uno et eodem tempore ; ergo etc. Antecedens apparet, quia via lactea videtur hiemali tempore, scilicet illa dealbata, etc. Sed comete nunquam visi sunt nisi tempore magni estus.

In oppositum est Philosophus, in 1° Metheorum, in principio illius

capituli : « Hujus autem veritatis dicimus », etc. Dicit sic Philosophus, hec enim omnia sunt idem et propter eandem causam ; differant per magis et minus.

In hoc questione erunt quatuor articuli :

In 1°, problema.

In 2°, de quesito.

In 3°, difficultates.

In 4°, ad raciones in contrarium.

Quantum ad primum est hoc problema :

Propter quid est quod ovum coctum faciliter circulariter movetur, ovum autem crudum difficulter?

Respondetur quod quando ovum est coctum, omnes partes tam interiores quam exteriores moventur ad unam distanciam posicionis ad quam motor movebat. Et hoc propter illas partes non esse fluxibiles ut prius, scilicet dum ovum est non coctum. Quia alique partes sint dure ut testa ejus, aliqua fluxibiles. Ideo non omnes moventur ad eandem distanciam ad quam motor movebat ; sicut contingit, girata stipula, moventur ad unam distanciam ad quam aqua non movetur, et hoc de primo articulo.

Quantum ad secundum articulum, in quo querendum est :

Utrum omnes impressiones quarum materia est exhalacio callida et sicca sint ejusdem speciei?

Hanc conclusionem posuit Philosophus in textu. Que conclusio posset clarius declarari. Supposito illo quod probavimus in una questione, scilicet, quod omne quod elevatur ab aliquo est ejusdem speciei cum illo a quo elevatur, modo tum exalacio sit de natura terre et non differat specie a terra per differencias eternales sed solum per actuales. Sequitur ergo propositum, et hoc de 2° articulo.

Quantum ad tertium articulum, pono difficultates. Prima est.

Utrum omnium impressionum sit eadem materia?

Ad quam difficultatem respondetur quod sic, quia omnium istarum impressionum materia est exalacio calida et sicca opposita aquose humiditati, et notanter dico humiditate aquose, quia licet ista exalacio a predicto dicatur sicca, est tamen hujusmodi humida humiditate aerea et unctuosa, et racio est quia omnes hujusmodi impressiones sunt inflammate ignite. Ignis autem non mittitur, nec conservatur, nisi in materia humida humiditate aerea, quoniam humiditas aquosa extinguit ignem et prohibet inflammacionem. Et juxta hoc apparet nobis sepe, quod a locis terre, suppositis patibulis, in quibus homines suspenduntur, apparet de nocte inflammacio, prima hora noctis vel secunda et a cemiteriis. Et hoc pro tanto, quia in die, agendo in corporibus mortuorum, facit fumare materiam unctuosam, elevando illam a corporibus mortuis. Materia unctuosa faciliter in die inflammatur et illam inflammacionem impressam supervenientem retinet per certas horas. Et tunc ista materia

movetur deorsum in modo serpentis, quia flexuose, quia ingrossatur a frigiditate noctis. Et sepe, vetule indicaverunt mortuos corizare, id est trepidare, in patibulis et animas eorum cruciari. Et sepe visum est quod hujusmodi inflammacio applicatur vestibus hominum equitancium de nocte, quia illa materia viscosa est et adheret statim vestibus. Et quia ista materia est multum habilis ad motum, propter suam levitatem, videtur sepe fugere dum homines volunt capere illam, et hoc de prima difficultate.

Secunda difficultas : Utrum omnium hujusmodi impressionum eadem sit causa agens? Ad quam statim respondetur probabiliter quod sic. Et si queratur quod est illud ad quod potest dici quod omne calefactum potest esse causa istarum impressionum, ut est calor solis et aliorum astrorum. Duo tamen in conclusione probabiliter. Pro quo est notandum quod hujusmodi impressiones ignite sub terra, aliquando in superficie terre, infra mediam regionem aeris, juxta tamen eam, et aliquando in media regione, et aliquando in superiori. Et concedunt aliqui, quod in illis partibus, multas de hujusmodi impressiones fieri in spera ignis. Dico bene quod aliquando calefiunt sub terra. Unde in die, contigit sepe juxta nos inflammari exalacionem, et superveniente frigore noctis, ista materia sit inflammata, Fugiens a suo contrario, movetur infra terram et contingit propter frigiditatem hanc exalacionem inflammari. Et ideo volo dicere quod causa efficiens talium impressionum potest esse frigus noctis vel continentis, et hoc nobis apparet evidencius de media regione. In mediam regionem autem, propter frigus ipsius, fiunt fulgura et incensiones, et hoc propter fortem antiperistasim. Nolo ergo dicere absolute, quod calidum sit causa efficiens istarum impressionum, sed eciam frigus.

Tercia difficultas :

Utrum istarum impressionum eadem sit causa finalis?

Respondetur quod sic. Unde scriptum est secundo Physicarum, omnia esse propter nos. Modo ad propositum : pluvie fuerint etenim ut partes terre aride humectentur et fructificent. Et venti fuerint ut dictas aquas, habitas in diversis partibus, latas per ventos ad humectandum multas partes terre que aride essent nisi humectarentur. Comete autem et differencia sidera et hujusmodi impressiones, que sunt de natura ignis, fiunt ut ignis generetur et conservetur in magna quantitate, parens illius nobilitatem et necessitatem. Vita etenim consistit per calidum ; nec licitum est dicere calorem nostri corporis specifice distingui a calore ignis, adhuc etenim, nec calorem naturalem a calore febrili. Omnes enim calores sunt ejusdem speciei licet anima non possit, in suis operacionibus, cum quocunque gradu coloris, sed solummodo cum proporcione. Et ideo extensivis calor intensive inducit nocuitatem et febrem, privacio totalis mortem ; sed moderata proporcio sanitatem conservat.

Quarta difficultas :

Utrum omnes impressiones hujusmodi sint ejusdem caloris?

Et respondetur quod non. Ista difficultas mota est pro tanta ut ex diversitate caloris istarum impressionum, non arguat diversitatem specificam in eis. Ita enim, hoc esset contra determinata et contra determinacionem Philosophi in Primo Metheorum. Sed restat reddere causam quesite : istarum impressionum non est idem calor. Respondetur quod aliquando, elevatur materia sursum graciosa et indigesta, et tunc representatur in hac materia dealbacio quadam et non intensa coloracio. Quod est propter multitudinem materie indigeste et paucitatem caloris solis, vel propter ejus modicam acciditatem, quam contraxit adhuc in materia. Et aliquando, elevatur materia pauca et rara sursum, bene digesta. Quod propter ejus subtilitatem et digescionem, de facili inflammatur, et intense coloratur colore rubeo vel igneo.

Quinta difficultas :

Utrum istarum impressionum sit idem motus?

Ad quam respondetur quod non. Hec difficultas mota est ut diversitate motuum istarum impressionum, non arguatur diversitas specifica istarum ; quia hoc est contra predicta. Et quod istarum impressionum non sit idem motus, patet quia aliqua moventur lateraliter ut discurrencia sidera, aliqua moventur circulariter motu diurno ut comete, et aliqua secundum veritatem non moventur. Et quando contingat hoc declaravit Philosophus in quodam exemplo ; sicut quando candela noviter est extincta, que supposita candele noviter inflammate, et ab una in aliam continuatur materia unctuosa parata ad inflammacionem. Tunc nobis apparet quod ignis descendat, et candela similiter usque ad inferiorem candelam, et hoc secundum rei veritatem non contingit ; ymo continue est alius et alius ignis. Sed cause quare hujusmodi impressiones, sic diversis motibus moventur, dicitur in paucis verbis. Quod hoc est pro tanto, quia aliquando una istarum impressionum movetur ad motum continentis sicut comete. Quia in 24 horis faciunt unam revolucionem circa aerem, terram et aquam, sicut celum. Alie moventur fugiendo a suo contrario et non ad motum continentis, sicut est de fulgure et fulmine. Et moventur deorsum per lineam rectam, sicut contrarium hiis fuerit applicatum unifformiter ; et si difformiter, ut quod sit magis applicatum ex una parte, et debilis ex alia, lateraliter.

Sexta difficultas.

Utrum omnes hujusmodi impressiones fuerunt in eisdem locis eisdem temporibus?

Ad quam respondetur quod non. Unde sicut prius dixi aliquando, contingit materiam inflammari sub terram et aliquando super terram, ut in cimeteriis et patibulis ; et aliquando, in media regione per antiperistasim. Et aliquando sursum, ut dictum fuit supra, et causam hujus potestatis indegari parvos.

Septima difficultas :

Utrum omnium istarum impressionum sint eedem figure vel consimiles?

Respondetur quod non. Quia contingit plus ex parte materie quam ex parte alterius concurrentis. Unde aliquando contingit quod materia est pauca, et tunc fit una impressio que appellatur trabis, sicut si esset unus ignis ad modum unius trabis. Et aliquando contingit quod ista materia est multa et maxime in latitudine, et tunc vocatur ignis ardentis stipule. Aliquando contingit quod ista materia est multa grossa et non multum intensa. Et est difformis in substancia ejus, ita quod una pars ejus principalis est multum densa et cetere partes sint rare in comparacione ad extremum, et tunc multum durat. Ista talis impressio vel parvum tempus [durat], et si parvum tempus, tunc est sidus cadens. Et sepe apparet nobis cadere astrum cum magna cauda et longa ; et aliquando durat per magnum tempus, et tunc appellatur cometa. Et fit cometa, secundum aliquos, in spera ignis, tamen inferiori ejus parte. Et vero semper estimatur per sapientes, quod cometa est major tota terra ; apparet ergo parve quantitatis propter distanciam immoderatam. Et hoc de tercio articulo.

Quantum ad quartum, patet solucio ad raciones per superius dicta.

Consequenter queritur :

Utrum materia cometarum sit celestis vel elementalis?

Et arguitur quod sit celestis, vel quod sit de natura celi. Comete moventur circulariter motu diurno sicut celum. Igitur concluendum est materiam cometarum esse de natura celi ;

2° Sic dicebat Philosophus in hoc primo : quedam planete visi sunt fecere sibi comas ; modo planete sunt de natura celi ;

3° Sic astronomi per cometas multa futura pronosticánt, et clarum quod astronomi non se intromittunt nisi de influenciis corporum supercelestium. Igitur comete videntur esse de natura celi vel de numero corporum supercelestium ;

4° Si comete non essent de natura corporum supercelestium tunc (non) essent maxime de natura elementari, et maxima materia ipsorum esset exhalacio callida et sicca.

Sed probatur quod non. Primo si enim sic esset, quereret aliquis de loco in quo fiunt comete, vel in spera ignis esset hoc. Et hoc non, quia hujusmodi exhalacio est gravior igne propter suam densitatem. Si enim non esset densior igne, non videremus cometas, sicut non videmus ignem, cum autem sit gravior. Ignis ullomodo perduraret in spera ignis, modo comete multum durant. Nec in spera aeris fiunt comete propter eandem causam. Unde cometa videtur esse de materia graviori quam sit aer, et densiori quam apparet, quia non videmus aerem propter suam nimiam raritatem, nos videmus cometas ;

5° Si materia cometarum esset exhalacio callida et sicca, non videtur quoniam posset moveri usque ad superiorem regionem aeris, quia non potest ad illum locum pertingere, nisi prius transeat per mediam regionem, que est frigida multum. Et per consequens racione frigiditatis medie

regionis, repelleretur deorsum hujusmodi exalacio callida et sicca, cum unum contrarium fugiat ab altero propter ipsius sui salutem.

In oppositum erat Philosophus, Primo Metheorum, capitulo de Cometis. Volebat enim quod materia cometarum et discurrencium siderum et omnium impressionum ignitarum esset una et eadem, scilicet exalacio callida et sicca. Et si cometa esset de natura celi, tunc esset unum astrum et maxime de astris inferioribus, cum videantur esse prope nos in comparacione ad alia, astronomico modo. Si cometa esset unum astrorum de inferioribus, aliquando eclipsaretur sicut luna, quod non fit.

In hac questione erunt quatuor articuli :

In 1° erit problema,

In 2°, de quesita.

In 3°, difficultates de cometis.

In 4°, ad raciones in contrarium.

Quantum ad primum est hoc problema.

Propter quid est quod de nocte in estate, a prima hora usque ad tertiam horam noctis, sepe apparent vel apparere videntur homines corizare in cimeteriis ecclesiarum et sub patibulis, emittentes ignem per ora et sepe videntur comburi?

Responsio clara est per illud quod dictum fuit in questione precedente. Unde causa enim quod hoc contingit sic esse, quia in die, sol per suam magnam activitatem attrahebat materiam grossam et unctuosam a corporibus mortuorum. Que materia multum faciliter inflammabatur quando autem sol tendebat ad occasum. Ista materia incipiebat motum ejus deorsum ad locum a quo attrahebatur. Et quia ista materia est deformis in raritate et densitate, et quia eciam aer est quodammodo in motu, movebatur enim ista materia deorsum, non motu recto, sed motu flexuoso propter motum aeris et difformitatem ejus. Et sepe ista materia divisa est in plura frustra in modum trabium. Et tunc populares videntes hoc deorsum existimantibus hujusmodi apparenciam esse homines in continuo afflictu, propter eorum peccata.

Quantum ad secundum articulum possunt scribi tres conclusiones :

Ia conclusio est ista : cometa est de materia celi.

2ª conclusio est : corpus comete est de natura celi et cauda est omnis de natura elementari.

3ª conclusio est : cometa est penitus de natura elementari.

Ponentes primam conclusionem diversi sunt, quia aliqui dixerunt cometam esse conjunccionem astrorum fixorum. Ista autem opinio ex toto est falsa. Et racio est quia astra fixa nunquam conjunguntur, sed semper sunt in eadem propinquitate et distancia ab invicem essencia. Et hoc volunt tam naturales quam astronomi.

Alii autem dicunt cometam esse unum de astris erraticis ; quod quidem astrum ut plurimum est juxta solem. Et tunc, propter presenciam solis, non videtur cometa ; ut sicut, propter presenciam solis, non videmus alia

astra de die, quoniam contingit hoc astrum removeri et cooperiri in radiis solaribus. Tunc incipit cometa ille apparere, et sicut hoc fit raro, ita raro apparet cometa et non sepe. Ista opinio est reprobanda. Patet et hoc pro tanto quia aliquando visui sunt duo comete. Et tamen hoc opinio dicebat quod non erat nisi unum astrum. Preterea aliquando, nisi sint comete extra zodiacum ; et ita per consequens de natura celi, et caudam de natura elementari. Et tamen nullum astrum de erraticis esset extra zodiacum unquam.

Secunda vero opinio, ponens corpus comete esse unum astrum et per consequens de natura celi, et caudam de natura elementari, non potest demonstracione reperiri. Primo enim hec proposicio ostenditur ut plurimum omnino vera. Et huic opinioni assentit Philosophus dum dixit in textu, visum esse astrum accepisse sibi comam. Unde sicut, hic inferius, magnes habet unam proprietatem, per quam attrahit sibi ferreum, ita existimant multi sapientes, de quorum numero Philosophus fuit, quod in celo sunt aliqua astra habencia proprietatem et influenciam per quam sibi attrahunt materiam calidam et siccam ut exhalacionem. Que exhalacio movetur ad motum hujus astri et non credatis aliquomodo hanc causam esse in speris supercelestibus, sed inferius ut in spera aeris et ignis. Causa autem, quare apparet hec materia esse unita astro suo, est quia oculus non percipiens distanciam inter exalacionem superius attractam ex una parte, et astrum ex alia, indicat astrum esse unitum huic materie et hec materia astro ; et hoc idem tota die contingit in hiis inferioribus.

Tertia opinio dicens cometam esse de natura elementari non potest demonstracione reperiri. Primo quia creditur ab omnibus philosophis vera. Et videtur esse de intencione Philosophi in hoc primo, non negando tamen secundam opinionem, ut dictum est.

Verum est quod circa hanc materiam reperitur quarta opinio. Et est quod Deus in orbe fecit istas cometas ad puniendum reges, principes et barones de iniquitatibus suis, et hoc narrabitur in tercio articulo per difficultates. Hec opinio non acceptatur a philosophis licet contra eam non sit demonstracio, et hoc de secundo articulo.

Quantum ad tercium articulum ponuntur difficultates.

Prima est : Utrum comete significant mala futura fieri, scilicet, siccitatem, ventos et inundaciones aquarum, terre motus et mortes principum et baronum, et mutaciones legum et sectarum, nec non multas discordias in hominibus mundanis.

Secunda difficultas : Utrum unus et idem cometa videatur a diversis in uno et eodem loco, an in diversis locis et ubi non?

Tertia difficultas : An retenta parte affirmata prime difficultatis ut quod cometa fingeret mala predicta fingeret hec per totam terram habitabilem, an in determinato loco?

Ultima difficultas sit de figuris cometarum et an possit cometa fieri, non elevata exalacione a terra?

Quantum ad primam difficultatem qua querebetur, utrum cometa significaret multa mala futura fieri, verum est quod circa hanc materiam, reperiuntur astronomi et naturales tantum modo naturaliter loquentes. Unde Aly, in Commento ultime proposicionis Centiloquii Ptholomei dicit quod aliquando contingit cometam undique esse barbatam vel radiatam, et aliquando contingit cometam habere unum radium et tunc dicitur radiatam.

Primum est cometa undique radiatus ; significat inundaciones aquarum.

Secundo dicit quod cometa radiatus unico radio significat ventos et siccitates magnas, et hoc in regno in quo cometa ille apparuit.

Dicit tercio quod si cometa ille apparuit domino illius regni exeunte in oriente, significat mortem illius regis vel principis. Si autem dominus illius regni fuerit in occidente, cometa significat aliquem de regno debere illum regem interficere. Multa alia obmitto que non spectant ad hanc philosophiam.

Condescendo igitur ad opinionem philosophi.

Sit secunda conclusio : cometa significat magnas siccitates. Patet quia comete non fiunt nisi per elevacionem materie calide et sicce et hoc in magna copia ; que materia attrahitur usque ad speram ignis. Hoc non potest fieri nisi a magna caliditate solari.

Sit prima conclusio : cometa significat multa mala futura fieri. Hanc conclusionem posuit Philosophus in textu dicens cometam significare siccitatem, ventos et terremotus et alia.

Tertia conclusio : cometa significat multitudinem ventorum. Patet quia materia ventorum est exalacio calida et sicca, et tamen ista materia movetur sursum usque ad mediam regionem. Propter antiperistasim medie regionis, agitatur hec materia, et movetur impetuose ad diversas positiones.

Quarta conclusio : comete significent terre motus. Patet. In die enim sol, sua excessiva caliditate, a partibus profundibus terre elevat exhalacionem calidam et siccam, et ne determinetur vacuum, ingreditur aer multus. Qui aer, superveniente frigore noctis, ingrossatur occupando majus locum quam occupabat ante ingrossacionem ejus, et tunc contingit partes terre moveri deorsum ad aliquas partes terre ; et fiunt terre motus, quia terra que erat multum alta fiet depressa.

Quinta conclusio : comete significant inundaciones aquarum. Conclusio patet per hoc, quia post tempus cometarum fiunt terre motus et maxime in partibus arenosis, et per consequens in partibus juxta mare. Tunc quando terre motus fit, alique partes terre fuerint dempsiores quam erant et ideo alciores. Cum autem aqua semper defluat ad partem decliviorem, tunc propter terre motum, fluit mare ad partem terre noviter elevate et sic bene fiunt inundaciones aquarum et nova maria et nova diluvia particularia.

Nec videlicet, si tu dicas, comete significant magnas siccitates ; per

unam conclusionem, ergo non significant inundaciones aquarum. Scribit enim Philosophus, secundo Phisicorum, quod eadem potest esse causa contrariorum effectuum, unius tamen de per se, alterius autem de per accidens. Ex quo nolo quod comete de per se significant siccitates et ventos, de per accidens autem inundacionem aquarum ; que inundacio sequitur ad terre motum.

Sexta conclusio : comete significant sterilitatem terre nascencium. Patet quoniam significant magnas fieri siccitates, modo agri et campi fiunt sterilia, nisi inundentur aquis, id est, humectentur aquis. Et sequitur consequenter quod comete significant fames, hec autem sine deduccione aliqua. Et consequenter sequitur quo comete significant epidemias. Patet quia scriptum est in libro de « Inspiracione et respiracione », quod quodlibet animatum indiget refrigerio, modo tempore cometarum, aer est deductus ad inflammacionem et ad caliditatem majorem quam sit ejus disposicio naturalis. Et ideo, cum deberet refrigerare calefacit, et hanc calefaccionem consequitur consumpcio humidi radicalis, et allevacio caloris naturalis ; ad quas disposiciones sequitur mors.

Septima conclusio : comete significant guerras et discordias. Patet quia sicut tempus yemale est generativum flantis, sic magnus estus est generativus caloris. Cum autem tempore cometarum sit excessiva caliditas per aerem diffusa usque ad nos, ipsa ascendit superius, inflammando nos, generando coleram adversus generacionem. Colere commoventur vel incitantur animi hominum et fiunt tunc homines ex facili causa irascibiles ; et ad hoc sequitur oppositum, id est, sequuntur guerre et discordie.

Octava conclusio : comete significant mutaciones legum et sectarum. Hoc patet primo ex preterito. Quoniam, tempore Neronis, nisi fuerint tres comete, in quo tempore, tunc vero vix totum mundum sibi subjugavit ; alio tempore, nisi fuerint alii comete in Anglia, in quo tempore rex Anglorum magnam partem Francie et Scotie, similiter et Britannie subjugavit. Alio tempore, sicut tempore Sancti Petri, visi sunt plures comete, et tunc multi recepti sunt adeo in apostolos, et infideles facti sunt fideles. Sed causa et racio istorum effectuum est ista, quia secundum quod scribitur, juxta principium Phisonomie Aristotelis : « Anima insequitur complexionem corporis ». Cum autem tempore cometarum, corpora humana mutentur de complexione flegmatica in colericam, et prius insaniam et flegmatici sunt multum immobiles in suis opinionibus. Tunc propter hujusmodi mutacionem complexionis immobilis ad complexionem mobilem et bonam, mutate sunt leges cum anima insequatur complexiones corporum, ut dictum est, et infideles facti fideles.

Ultima conclusio : comete significant mortes hominum et principaliter nobilium et illorum qui consueverunt vivere delicate. Modo ista conclusio patet quoad primam partem, quia ut jam dictum est tempore cometarum, aer corrumpitur versus excessivam caliditatem ; quia aer continue alterat corpora nostra versus consimilem disposicionem, et quia corpora

predictorum sunt plus alterabilia ab intrinsecis quam alia corpora. Hinc est quod isti magis moriuntur et paciuntur.

Quantum ad secundam difficultatem, qua querebatur : Utrum idem cometa videatur in eodem loco celi a diversis hominibus habitantibus in diversis partibus terre habitabilis ?

Pro isto premitto alica. Deinde ponam conclusiones et corrolaria.

Prima supposicio est ista : omnia duo corpora inequali distancia ab occulo situata in eadem recta linea, cum oculo apprehenduntur seu judicantur esse conjuncta, et indistanter se habere. Ista supposicio patet quia potencia passiva non judicat duo corpora distare nisi per corpora interjacencia inter dicta corpora ; et hec proposicio est per septentrionales.

Ex qua supposicione sequitur unum corrolarium secundum liberam nobilitatem. Tamen est solem nihil aliud astrum videri esse juxta oculum.

Et consequenter sequitur aliud scilicet quod contingit aliquid videri ubi non est. Primum declaratur : si enim tu acceperis lignum pedalis quantitatis, minoris vel majoris, secundum quod taliter placuerit, perforatum secundum ejus longum. Et uno occulo exstante clauso, ponam contactum hujus ligni supra reliquum oculum, et reliquum contactum ponam in direccione ad solem. Tunc corpus solis videbitur esse in contactu hujus ligni.

Et per consequens patet aliud corollarium, videlicet quod aliquid videtur esse ubi non est, quia sol apparet esse in contactum hujus ligni et ibi non est.

Ex dictis loco tercii corollarii, respondeo ad unum problema in hac forma. Proposito propter quid est quod intensiones, ut dicurrencia sidera, et flamma ardentis stipule, et breviter omnes alii impressiones facte in superiori regione aeris, videntur esse in celo. Respondetur quod oculus non percipiens distanciam, inter hujusmodi impressiones et celum, judicat hujusmodi impressiones celo adherere. Ideo omnes hujusmodi impressiones apparent in octava spera ex quod spera lune videtur esse immediata octave spere, quia spere intermedie non recipiant visus nostros propter aeris raritatem. Nos enim hic videmus aerem propter ejus raritatem et cum spere celeste sint multum rariores quam astra, hinc est quod eas non videmus preterquam astra infixa eis quia sunt densa et terminancia visus nostros.

Secunda supposicio. — Unicus locus comete terminatur per lineam rectam, egrediente a centro terre per centrum comete, et occurente octave spere, ita quod punctus octave spere transians predictam lineam est verus locus comete. Verbi gracia, sit unus circulus cujus centrum sit a, per quem circulum in proposito intelligo speram terre. Sit cometa B existens in aere vel in igne, et de hoc non est cura. Sit unus circulus magnus cujus centrum est idem et unum cum centro terre ; per quem circulum nunc intelligo octavam speram. Modo dico quod verus locus comete in octava spera, habetur seu terminatur per lineam exeuntem a

centro terre per centrum comete, et occurente octave spere, sic quod punctus terminans predictam lineam est verus locus comete in octava spera.

Tercia supposicio et ultima ; — Punctus medius semidyametri spere lune est contentus et inclusus in spera ignis. Hoc non posset demonstrari nisi presupponatur aliud. Quidem dicitur esse verum, ut quod ignis dicitur esse in millecuplo major quam terra, et quia quodlibet elementum est decuplum ad elementum inferius et sibi immediatum. Et in vigore hujus supposicionis tertie, recordor me dixisse alias, quod si A foret unum corpus equale ad pondus ipsum debite, collocaretur in spera ignis, et non in spera aeris, nec aque nec terre. Et motivum erat quia corpus gravissimum, ut terra, collocatur maxime deorsum. Et corpus similiter leve, ut ignis, terminatur similiter sursum ; ita quod hec duo corpora simplicia elementaria, terminant duo extrema semidiametri mundi. Igitur corpus habens tam de gravitate quam de levitate, cum precisione situabitur in loco equaliter distante ab hiis locis. Qui locus est punctus medius semidyametri ; qui punctus per supposicionem tertiam cadit in spera ignis.

Prima conclusio. — Orientalibus et occidentalibus apparet idem cometa esse in diversis locis octave spere. Probatur conclusio ; quia sit A unus oculus in superficie terre ex parte orientis, et B sit alter oculus positus in superficie terre ex parte occidentis, et terminantur radii visuales ab oculo A, per centrum comete usque ad octavam speram ; qui radius terminetur per punctum C. Deinde pertrahetur radius ab oculo B, per centrum comete usque ad octavam speram ; et sit punctus terminans hunc radium visualem D. Modo manifestum est quod C et D, sunt duo puncta multum distancia in octava spera. Qua duo puncta representant loca apparicionum comete orientalibus et occidentalibus ; et hoc totam veritatem, dum cometa dicatur fieri in spera aeris vel ignis, quod est verum. Et hic est notandum, quod arcus octave spere interceptus inter predicta duo loca apparicionum, vocatur diversitas aspectus.

Secunda conclusio. — Orientalibus cometa apparet in occidente, et occidentalibus, idem cometa apparet in occidente. Istac onclusio patet per hoc, quia radius visualis, procedens ab A oculo existente in oriente, occurit octave spere in occidente vel parte occidentis, et radius pertractus a B occulo per centrum comete occurit octave spere in opposita parte, et hoc totum patet inspecta ymaginacione precedente.

Tercia conclusio. — Non est possibile duos homines eundem cometam videre in eodem loco celi. Patet statim retenta prima ymaginacione, semper enim accidit alica diversitas aspectus priusquam radii visuales istorum inter se intersecant.

Quarta conclusio. — Non contigit aliquod astrum vel cometam videri ubi est, preter unum solum astrum vel unum solum cometam. Patet statim pro tanto quia non est aliquod astrum in celo, qui omnes radii

ejus preter unum solum, frangantur antequam occulo occurant modo mathematico ; quando per radios videtur apparet esse ubi est. Videmus quod si lapis vel denarius ponatur in vase pleno aqua, lapis vel denarius apparet esse in superficie aque. Sed forte queres quomodo cujuslibet astri, omnes radii frangantur preter unum ; Respondetur quod omnes radii, preter unum qui dicitur perpendicularis, franguntur propter diversitatem mediorum per que transiunt. Unde alterius raritatis est ignis quam aer, et adhuc aer in se multum diversificatur secundum densitatem et raritatem, modo quocumque medio rariorum occurit densius, vel densiori rarius. Tunc omnes radii franguntur preter illum qui est perpendicularis, qui aliorum radiorum fortissimus. et hec dicta sunt de hac secunda difficultate.

Quantum ad tertiam difficultatem qua querebatur : Utrum cometa significat predicta mala futura in qualibet parte habitabilis vel in parte determinata? Respondetur quod in parte determinata secundum quod ille cometa habuit adspectum ; unde si pars terre sit supposita loco comete, qui locus per lineam existentem a centro terre per cometam usque ad octavam speram supra istam partem terre, indicabit predicta mala et hoc illo retento profundato, quod predictus cometa secundum ejus corpus et radios vel cauda sit de nature elementari. Sed si hec materiam faciens caudam insequeretur aliquod astrum de signo arietis, vel alterius signi, vel insequeretur aliquem planetam, tunc videndum (est) quis illa patria cui tale astrum dominatur sicut dicimus. Gracia exempli, quod leo dominatur Romanis, aries Bononiensibus, et sic de aliis. Tunc in illa parte evenientis predicta dampna, et hoc de ista difficultate.

Ad ultimam difficultatem, qua querebatur : Utrum si debeat fieri cometa oportet semper exalacionem calidam et siccam a terra elevari? Respondetur quod secundum quod, plures sapientes narrunt et dicunt quod hoc non est necesse. Unde dicunt isti, quod contingit aliquam partem ignis in spera superiori ingrossari per astra frigescata. Qui ignis ingrossatus et condempsatus descendit usque ad speram aeris et illic movetur ad motum continentis, scilicet circulariter inflammatus, et ille ignis sic inflammatus facit cometam de figura ejus. Narrat Philosophus quod aliquando cometa erat undique radiatus, velut haberet crinis circumquoque ; et ista cometa tunc appellabatur crinata, quia est habens comas. Aliquando non erat undique radiatus. Ymo erat unum solum habens radium rectum, et tunc nominabat ipsum poligonias, seu stellam caudatam ; et hoc de tercio articulo.

Quantum ad quartum articulum, respondeo ad raciones in contrarium.

Ad primam : Comete moventur circulariter. — Dico quod ista racio probat intencionem nostram, pro parte ut quod stat cometam esse secundum ejus corpulenciam, unum astrum habens virtutem alterativam, certo modo faciens sibi caudam. Et possum dicere quod si sic moveatur circulariter, non sequitur quod adhuc et sit de natura celi ; quia ille motus non est sibi naturalis, sed preter natura.

Ad secundam racionem : Auctoritate Philosophi in hoc Primo, alica astra visa sunt sibi fecisse comam, et negatur per hoc, quod articulum affirmat unam conclusionem.

Ad terciam : Comete significant multa futura secundum judicium astronomum. Conceditur hoc et licet de hoc non sequitur quod cometa sit de natura celi, quia astronomi judicant de ejus natura et influencia. Est astrum attrahens sibi istam materiam, et secundum hoc judicant astronomi. Nec volunt astronomi quod illa materia insequens astrum, significat predicta mala, sed pocius illud astrum. Et ideo secundum influenciam illius astri judicant.

Ad quartam : Si cometa non esset de natura celi, esset ergo de natura elementari. Transeat hoc, et tu dicis ergo, oportet exalacionem calidam et siccam moveri sursum usque ad supremum locum aeris. Respondetur hoc negando secundum quod dixi in ultima difficultate. Potest enim certa porcio ignis in sua spera condensari per certam constellacionem, et moveri ad speram aeris, sed non volens fugere. Respondeo ideo quod bene potest exalacio callida et sicca elevari a terra, et transire per mediam regionem usque, et cetera. Et ad probacionem, quidem nota quod contrarium fugit ab altero modo, cum medio aeris sit frigida et exalacio callida ; exalacio non transibit per ipsam, sed fugiet ab ea. Dico hic, quod ista exalacio ex qua fiunt comete, est materia subtilis et rara, habens multum de caliditate, et racione sue subtilitatis, est multum penetrancia. Hoc est quod ipsa potest pertransire, et verum est quod sepe dum est grossa et terrestris, multum ipsa nequit transire, sed propellitur in deorsum ; et tunc fiunt fulmina et tonitrua, ut posterius videbitur.

Ad ultimam patet solucio per jam dicta, et hoc de questione.

René Mathieu.

UN TEXTE INCONNU D'ARISTOTE EN VERSION ARABE

Addenda et corrigenda

I. *Le traité* De la providence *attribué à Alexandre d'Aphrodise*[1]

